a. Diese Zeile ist von anderer Hand beigefügt, sie fehlt in Otinos zweiten Exemplare. b. „De Nellenburk" von anderer Hand übergeschrieben. c. „Domini" übergeschrieben, fehlt im zweiten Exemplare. d. Die Silbe „pre" steht auf Rasur. e. „Namque" ist von anderer Hand übergeschrieben. Das zweite Exemplar hat „Idem predium". f. „Cum-prefato" von anderer Hand übergeschrieben, fehlt im zweiten Exemplare. g. „Videlicet-nominatis" von anderer Hand übergeschrieben; „vid." fehlt im zweiten Exemplare. h. „Slate" steht im zweiten Exemplare erst nach Bazmundinga. i. Das zweite Exemplar fügt hier noch bei „cum omnibus eorundem prediorum pertinentiis, id est agris, areis, edificiis, terris, videlicet cultis et incultis, curtificiis, mancipiis utriusque sexus, pratis,

pascuis, molendinis, piscationibus, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis, ceterisque omnibus, que quomodocunque nominari vel scribi possunt, utilitatibus, hec autem omnia de suo jure ac dominio in jus et dominium prefati monasterii tradidit atque transfudit. k. Im Originale steht I mit übersetztem Querstrich anstatt M. l. Zweites Ex. „Burchardus". m. Zweites Ex. „Conradus". n. Zweites Ex. „Huuerhusen". o. Zweites Ex. „Huvinga". p. Zweites Ex. „Otino". q. Zweite Ex. schliesst „feliciter. Amen. Amen. Amen."

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Fickler 22. — Regest: Hidber Nr. 1421.

[1] Wagenhausen bei Diessenhofen, Kant. Thurgau. [2] Schluchse, bad. A. St. Blasien. [3] Schlatt, Basadingen bei Diessenhofen, Dorf bei Andelfingen, Kant. Zürich. [4] Honstetten, bad. A. Engen. [5] Neuheim, Kant. Zug. [6] Seelfingen, bad. Amt Ueberlingen. [7] S. Nr. 3, Anm. 15. [8] Wilchingen, Kant. Schaffhausen. [9] Ober-Unterwaldhausen, wirt. OA. Saulgau. [10] Bottighofen, bei Gottlieben, Kant. Thurgau. [11] Bankholzen, bad. A. Constanz. [12] Hüfingen, bad. A. Donaueschingen.

Gut erhaltenes, von einer andern gleichzeitigen Hand verbessertes Original. Otino selbst verfertigte (wohl Anfang 1095) ein zweites Exemplar dieser Urkunde, das den Anfang der 1094 gemachten, von ihm auf ein Pergamentblatt zusammengeschriebenen Traditionen bildet (Nr. 25) und das nur durch die Aufnahme urkundlicher Formeln sich von dem ersten unterscheidet.

Aeussere Aufschrift des ersten Exemplars: „Predium Sclôhse pro Waginhusin concambitum."

10.

Urban II. befiehlt dem Bischof Gebhart von Constanz, Tuto von seinem Allerheiligen zugefügten Unrechte abzubringen.

1089. April 13. Rom.

U(rbanus) episcopus, servus servorum Dei, dilecto fratri et coepiscopo G(ebehardo) Constantiensi salutem et apostolicam benedictionem. Dilectissimus filius noster Sigefredus,[b] abbas Scaphusensis, conquestus est nobis, quod quidam vir nomine Tôto,[1] postquam se suaque omnia[a] super altare domini Salvatoris et omnium sanctorum in Scaphusa obtulerat, instinctu diaboli apostatando se suaque ab eodem monasterio alienare presumpserit. Volumus ergo tuęque caritati injungimus, ut eundem virum secundum evangelicam auctoritatem secundo et tercio canonice, ut revertatur, commoneas. Si vero, quod absit, in pravitate sua prestiterit, tu, in promptu ulcisci habens omnem inobędientiam, pro officii tui debito gladium excommunicationis in illum evaginare non differas, ut, si ipse incorrigibilis

permanserit, cęteri timorem habeant. Labores et angustias universalis matris, Romanę ęcclesię, tibi tanquam[c] fideli filio commendamus.

Data Romę, idus aprilis.

a. „Omnia" von anderer Hand übergeschrieben. b. Cod. Udalrici: Sigefridus. c. Cod. Udalrici: tamquam.

Schaffhausen, Ministerialbibliothek. — Copie des 12. Jahrhunderts in Cod. Nr. 65, daraus Abdruck bei Neugart, cod. dipl. II, 37 (mit Jahr 1092). Eine zweite Copie dieses Schreibens steht im Codex Udalrici Bambergensis in Bamberg, daraus Abdruck bei Mansi a. a. O. XX, 707. — Eccard, Corpus histor. II, Nr. 178. — Jaffé, Bibl. German. V, 144, Nr. 72. — Regest: Jaffé, Reg. pontif. Nr. 4030. — Hidber Nr. 1441.

[1] Vgl. Anhang Nr. 12, 16, 17, 28.

Das Datum ist nach Jaffé aufgelöst.

11.

Urban II. bestätigt die Freiheiten Allerheiligens.

1090. März 6. Rom.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, karissimo filio Sigefrido, abbati monasterii, quod in loco Scaphusou ad honorem omnium sanctorum situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. || Potestatem ligandi atque solvendi in celis et in terra beato Petro eiusque successoribus auctore Deo principaliter traditam illis æcclesia verbis agnoscit, quibus Petrum est Dominus allocutus: „Quecunque ligaveris super terram, erunt ligata et in celis, et quecunque solveris super terram, erunt || soluta et in celis." Ipsi quoque proprie firmitas et aliene fidei confirmatio eodem Domino auctore prestatur, cum ad eum dicitur: „Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, Petre, et si aliquando conversus, confirma fratres tuos"! Oportet ergo nos, qui, licet indigni, || Petri residemus in loco, prava corrigere, recta firmare et in omni ecclesia ad interni arbitrium judicis sic disponenda disponere, ut de vultu eius judicium nostrum prodeat, et oculi nostri videant equitatem. Tuis igitur tuorumque fratrum, (fili) in Christo dilectissime Sigefride, justis petitionibus annuentes, cenobium vestrum, quod in honore omnium sanctorum edificatum est in loco, qui dicitur Scaphusou, in apostolice sedis tutelam specialiter protec-

tionemque suscipimus. Per presentem igitur nostri privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut, quecunque hodie idem cenobium juste possidet sive in crastinum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, idem cenobium temere perturbare aut ei subditas possessiones auferre, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Obeunte te nunc eius loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris elegerint. Electus a Constantiensi episcopo consecretur, si catholicum eum esse constiterit, et si gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et si gratis ac sine pravitate omnique transactione seposita benedictionem conferre voluerit. Alias liceat abbati catholicum, quem voluerit, adire antistitem et ab eo benedictionis sacramentum suscipere, qui, nostra fultus auctoritate, que postulantur, indulgeat. Idem etiam de oleo sancto, de consecrationibus altarium sive basilicarum, de provectionibus etiam monachorum presentis pagine auctoritate statuimus. Vos igitur, fili in Christo karissimi, oportet regularis discipline institutione sollicitius et devotius insudare, ut, quanto ab secularibus estis tumultibus liberi, tanto studiosius placere Domino totius mentis et anime virtutibus anheletis, precipue studentes, Romane ecclesie decreta veneranda servare, cuius patrocinio ab omnium jugo viventium estis, annuente Domino, premuniti. Ad indicium autem percepte huius a Romana ecclesia libertatis per annos singulos ad nostri nostrorumque successorum usum cotidianum stolam et cingulum Lateranensi palatio persolvetis. Sane si quis in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes aut judex aut persona quelibet, magna vel parva, potens aut impotens, huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, a Christi et ecclesie corpore eum auctoritate potestatis apostolice segregamus. Conservantibus autem pax a Domino et misericordia presentibus et futuri seculi conservetur. Amen. Amen. Amen.

Scriptum per manum Gregorii, secretarii atque notarii sancti palatii.

(C) (M)

Datum Rome per manus Johannis, sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis, pridie nonas martii, indictione XIII., anno dominicę incarnationis MXC., anno vero pontificatus domini Urbani pape II. secundo.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck; Schaffhausen. Beiträge zur vaterländ. Gesch. 1863, S. 96 (vorzügliche Leistung des Pfarrers Schenkel in Schaffhausen). — Regest: Fickler 25, Anm. — Hidber Nr. 1445.

Gut erhaltenes Original, das wirklich seiner eigenen Angabe über seinen Schreiber entsprechend in der schwer zu entziffernden litera Romana geschrieben ist. Nur die Datumzeile ist vom Schreiber der Bulle Nr. 26 in der gewöhnlichen Schrift der päbstlichen Kanzlei geschrieben. Das Bleisigel ist abgefallen, erhalten ist nur die dunkelrothe (seidene?) Sigelschnur. Die Legende des Circulus ist: „Benedictus Deus et pater Domini nostri Jesu Christi."

Die äussere Aufschrift lautet: „Urbani pape II."

12.

Allerheiligen schliesst geistliche Verbrüderung mit Petershausen.

1092.

De societate fraternitatis, que facta est inter nos et fratres, qui sunt apud monasterium sancti Gregorii, quod Petridomus[1] appellatur, placet conscriptionem fieri, ne forte vel a nostra vel ab illorum memoria posset aliquatenus aboleri. Nam et in numero sunt familiarium nostrorum et participes omnium, quæ fiunt apud nos, bonorum. Cum autem extremus dies alicuius illorum, sive sit de interioribus fratribus vel exterioribus, nobis intimatur, pulsatis omnibus signis tribusque accensis luminibus, non solum officium defunctorum, verum etiam consequenti die vel cum primum oportunum fuerit, missa pro eius requie celebratur, addito super hoc septenario per septem plena officia totidemque missas communiter explendo. Hæc omnia, sicut illis facimus, nobis ab ipsis fieri non dubitamus.

Actum a domino Dieterico, eiusdem cenobii abbate, et venerabili patre nostro Sigifrido, anno incarnationis Domini MLXXXXII.

Nach der 1621 aus einem jetzt verschollenen Codex „bibliothecæ publicæ" (der Ministerialbibliothek) in Schaffhausen genommenen Abschrift von Spleiss.

[1] Petershausen bei Constanz.

13.

Urban II. bestätigt die Freiheiten Allerheiligens und trifft Verfügungen über die Cellen der h. Agnes zu Schaffhausen und der h. Maria zu Wagenhausen.

1092. Januar 26. Anagni.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, filio Sigefredo, abbati monasterii sancti Salvatoris, in villa Scafhusin siti, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. || Justis votis assensum prebere piisque peticionibus aures accomodare nos convenit, qui, licet indigni, justicie custodes atque precones in excelsa apostolorum Petri et Pauli principum specula positi, Domino disponente, videmur existere. || Tuis igitur tuorumque fratrum, fili in Christo dilectissime Sigefrede, *et Burchardi comitis*[1] justis petitionibus et religiosis votis annuentes atque predecessoris nostri pie memorie Gregorii privilegii formam sequentes || cenobium sancti Salvatoris in villa Scaphusa ab Eberhardo comite in honore sanctorum omnium constructum in *jus perpetuum*[2] et tutelam apostolicę sedis specialiter, sicut predictus noster predecessor suscepit, et nos suscipimus, et quicquid prefato monasterio concessit, huius nostri decreti pagina concedimus et corroboramus. Tibi itaque tuisque legitimis successoribus idem monasterium regendum et regulariter disponendum cum omnibus, que ei jam ex predictorum facultatibus seu aliorum fidelium oblatione concessa sunt vel in posterum juste et legaliter concedentur, presentis privilegii nostri auctoritate confirmamus. *Preterea, ut prefati monasterii fratres sine inquietudine propositum suum [va]leant securius et propensius exequi et omnipotenti Deo debite devotionis obsequium gratanter exsolvere,* statuimus *et apostolica auctoritate* interdicimus, *ut nullus sacerdotum, regum, ducum aut comitum seu quelibet magna aut parva persona presumat, sibi in eo loco aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii juris, non advocatie, non investiture, non cuiuslibet potestatis, que libertati monasterii noceat, vendicare, non ornamenta ecclesie sive possessiones invadere, minuere aut alienare, sed ita sit ab omni potestate securus et Romane sedis libertate quietus, sicut constat Cluniacense et Massiliense*

monasterium manere. Cellulas autem sancte Agnetis, quę in Scaphusa sita est, et sancte Marie, que Gvachinhusin[a] dicitur, precipimus et apostolica auctoritate interdicimus, ut nullus occasione qualibet a prefati monasterii proprietate alienare audeat, sed in eo ordine maneant,[a] quo a te, fili Sigefrede, institute sunt, constituentes quoque, ut neque tu vel quilibet tuorum successorum prefatas cellulas destruere vel ea, que iis jam juste concessa sunt seu concedentur, temere et violenter presumat minuere aut aufferre. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris elegerint. Consecrationes altarium, basilicarum, ordinationes clericorum, krisma, oleum sanctum et cetera ad episcopale officium pertinentia ab episcopo Constantiensi, in cuius estis diocęsi, accipietis, si tamen catholicus est et gratiam et communionem apostolicę sedis habuerit, et si ea gratis et sine pravitate impendere voluerit. Alias vero liceat vobis catholicum, quem volueritis, adire antistitem et ab eo consecrationum sacramenta *suscipere vel ad sedem apostolicam recurrere,* qui, apostolica fultus auctoritate, po[stul]ata indulgeat. *Abbas autem* cum fratribus *advocatum, quem voluerit,* instituat. Qui *si postmodum monasterio inutilis fuerit, remoto illo, alium* preficiat. Vos igitur, filii [in] Christo dilectissimi, oportet regularis discipline institutioni sollicitius et devotius insudare, ut, quanto estis a secularibus tumultibus liberi, tanto studiosius placere Deo totius mentis et corporis viribus anheletis, precipue studentes, Romanę ecclesię decreta veneranda servare, cuius patricinio ab omni jugo viventium estis, donante Domino, premuniti. Ad indicium autem perceptę huius a Romana ecclesia libertatis, resoluta, quę prius posita fuerat, pensione, per singulos annos unciam auri Lateranensi palatio persolvetis. Si quis sane deinceps archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, judex aut persona quelibet potens vel impotens huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire et eorum, que concessa vel statuta sunt, quicquam irritum facere temptaverit, secundo et tercio commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, eterno *se anathemate innodatum et* a corpore Christi et ecclesię auctoritate potestatis apostolicę segregatum cognoscat. Conservantibus autem pax a Deo et misericordia presentibus et futuris seculis conservetur. Amen. Amen. Amen.

(C) (M)

Datum VII. kalendas februarii, Anagnis, anno dominice incarnationis millesimo nonagesimo....[b], indictione XV., pontificatus

domini Urbani secundi pape IIII. Scriptum per manus Lanfranci vicem agentis[b] cancellarii sacri palatii.

a. Die Silbe „ma" steht doppelt. b. „Secundo" ganz, „vicem agentis" theilweise abgerieben.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 24. — Regest: Hidber Nr. 1452.

[1] Dem „comiti Burchardo.... hortantibus" von Nr. 8 entnommen. [2] Gebildet nach dem „mon s. Salv. juris apostolice sedis" von Nr. 8. [3] Wagenhausen bei Diessenhofen, Kant. Thurgau.

Abgeblasstes, durch Abreiben und Risse schadhaftes Original. Die Datumszeile ist von anderer, gleichzeitiger Hand geschrieben. An der Bulle hängt an gelb und weisser (ehedem rother?), jetzt theilweise mangelnder (seidener?) Schnur das Bleisigel Urbans II. Vorlagen dieser Urkunde sind Nr. 8 und Nr. 11; das aus ersterer entlehnte ist durch liegende Schrift, das der zweiten entnommene durch kleinere Lettern kenntlich gemacht. Die Legende des Circulus lautet: „Benedictus Deus et pater Domini nostri Jesu Christi."

Aeussere Aufschrift: „Urbani".

Ueber die Vidimirung dieser Bulle im 14. Jahrhundert durch 5 italienische Rechtsgelehrte s. Schlussbemerkung zu Nr. 8.

14.

Urban II. befiehlt dem Bischof Gebhart von Constanz, den Herzogen Welf und Bertold und dem Grafen Burkhart, Allerheiligen gegen den Apostaten Tuto zu schützen.

1092. Januar 28. Anagni.

U(rbanus) episcopus, servus servorum Dei, G(ebehardo), Constantiensi episcopo, ducibus Welfo et B(ertoldo), comiti B(urcardo)[1] salutem et apostolicam benedictionem. Venerunt ad nos litere abbatis monasterii sancti Salvatoris, conquerentis[a] Deo et sancto Petro, quod vir quidam nomine Tôto, veniens ad predictum monasterium, seculo renunciavit, promissionem stabilitatis secundum consuetudinem monasterii fecit, se et sua eidem ęcclesię secundum legem Suevorum[b] multis coram testibus tradidit et confirmavit. Abbas autem, ut est devotus et prudens dispensator et fidelis, in eodem predio monasterium venuste construxit, fratres ordinavit et cetera, que ad monasticam regulam pertinent, instituit. Predictus autem Tôto, ut omnia vidit abbatis labore et studio ordinata

atque perfecta, postquam predictum monasterium idem predium per septennium et eo amplius sine omni contradictione obtinuit, instinctu diaboli nunquam se tradidisse fatetur et, si quicquam ob hoc molestię sustinuerit, non solum predium auferre, sed ipsum monasterium minatur evertere. Quapropter, filii excellentissimi, obnixe vos exoramus, ut pro domini Salvatoris devotione ac reverentia beati P(etri)[c] et nostri amore eundem virum a tanta apostasia prohibere et abbati atque[d] monasterio curetis assistere. Dicit enim Innocentius: „Error, cui non resistitur, approbatur"[3], et apostolus[4]: „Non solum qui faciunt, sed qui consentiunt, digni sunt morte."[e] Volumus autem, fili G(ebeharde), te eundem pestilentem virum, si jam factum non[f] est, secundo et tercio canonice commonere, ut resipiscat, quod si contempserit, ut et cęteri metum habeant, gladium anathematis in illum evaginare, quatinus, in interitu carnis traditus Satanę, discat non blasphemare, et spiritus salvus sit in die Domini. Incolumes vos et monitis nostris obędientes divina gratia custodiat et ab omni malo defendat.

Data Anagnis, V. kalendas februarii.

Schaffhausen, Ministerialbibliothek. — Copie des 12. Jahrhunderts in Cod. Nr. 65, daraus Abdruck bei Neugart, cod. dipl. II, 36. Eine zweite Copie steht in Codex Udalrici Bambergensis, daraus Abdruck bei Mansi XX, 708. — Eccard II, 200, Nr. 199. — Jaffé, Bibl. Germ. V, 161, Nr. 80. Diese zweite Copie weicht also von obigem Texte ab: a. Conquerentes. b. Swevorum. c. Petri. d. Ac. e. Non solum qui faciunt, digni sunt morte, sed et qui consentiunt facientibus. f. Non factum. — Regest: Jaffé Nr. 4072. — Hidber Nr. 1453.

[1] Von Nellenburg. [2] Vgl. Nr. 9, 10 und Anhang Nr. 12, 16, 17, 28. [3] Gratiani decr. P. I., D 83, cap. 3. [4] Rom. 1, 32.

Das Datum ist nach Jaffé aufgelöst.

15.

Wernher von Kirchheim beauftragt Otto von Kirchberg, die von ihm an Allerheiligen geschenkten Güter dem Kloster zu übergeben. Otto vollzieht diesen Auftrag im schwäbischen Herzogsdinge.

1092. Mai 2. Ulm; 1116. Rotenacker.

1) In nomine sanctę et individuę trinitatis. Notum sit omnibus ‖ Christi fidelibus, presentibus scilicet et futuris, quia ego Werin-

harius || de Chilicheim[1] trado cum matre mea Richinza ad monasterium || sancti Salvatoris, quod situm est in villa, quę dicitur Scafhusen, ubi venerabilis Sigefridus abbas gregi Dei preesse cernitur, quicquid proprietatis habere videor in locis istis: Plidolfeshusin, Butinsulza, Tegirslath, Hirmilbrunnin[2], Flinswangin[3], hoc est terris, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve decursibus, cultis et incultis, mancipiis, exceptis militaris vitę personis. Cetera omnia ad illud patrimonium pertinentia ex integro trado, inquam, ad prefatum monasterium pro salute animę mee et patris ac matris mee et omnium parentum meorum et, quia in Christo omnes unum sumus, pro salute et requie omnium fidelium vivorum atque mortuorum. Ut autem hęc traditio justa ac solita ratione confirmetur, allego illud libera manu in manum Ottonis de Chirchberc[4], ea videlicet conditione, quatinus, dum superstites extiterimus vel alteri post obitum alterius, nobis obtineat, deinde in jus et potestatem prefati monasterii libere attribuat et asscribat, nisi causa salutis animę meę ego superstes, ego, vita comite, sponte ac voluntarię domino Salvatori et omnibus sanctis eius predictum patrimonium meum velim absolute donare.

Actum anno ab incarnatione Domini millesimo XCII., indictione XV., VI. nonas mai, in loco, qui dicitur Ulma[5], in presentia ducum Bertoldi senioris[a] et Welfonis senioris[a] et aliorum majorum, qui ibi convenerant ad quoddam colloquium. Cuius rei testes sunt: comites Hartmannus de Chirchberch[4], Hartmannus de Gerohusin[6], Hugo de Tuwingin[7], Hugo de Cravinegga[8], Manegoldus de Alshusin[9] et multi alii majores ac minores: Cònradus de Wirtinisberk.[10] Manegoldus et frater eius Herimannus de Rordorf.[11] Adelbertus et frater eius Beringerus de Stubirsheim.[12] Bertoldus de Goggilingin.[13] Bertoldus de Houdorf.[14] Egelolfus de Oninburrin.[15]

Ego itaque Gisilbertus, Ulmensis ęcclesię presbiter, scripsi et subscripsi (R) feliciter. Amen. Amen. Amen.

2) Igitur evolutis post predictam traditionem et delegationem XV || annis, prenominatus heros Werinharius, beatę vitę felicio || rem finem sortitus, apud Scafhusense cenobium in ecclesia sanctę Dei ||

genitricis Marię gloriose sepultus requiescit, matre tamen sua ante aliquot annos coram monasterio sancti Salvatoris honorifice terre conmendata. Post hęc vero in generali conventu pene totius Suevię coram principibus, ducibus, comitibus multisque aliis ingenuis viris, majoribus ac minoribus, predictus Otto de Chirichberk, a domno Adelberto, abbate Scafhusensis conventus, ac fidei conmonitus, nil omnino cunctans aut tardans, omnia a Werinhario et matre sua sibi tradita et delegata ex integro fideliter in jus et dominium ac potestatem prefati monasterii contradidit atque transfudit, hęc scilicet loca: Plidolfeshusen, Butinsulza, Tegirslath, Hirmilbrunnin, Flinswangin,[3] insuper aliis additis adhuc locis precipuis sibi delegatis, videlicet Chilichheim[1] munitionem cum omni jure et utilitate nec non etiam loca Chelun[16] et Slehtinfeld[18] cum omni jure. Hęc igitur omnia simul prefatus Otto, scilicet omne patrimonium et hereditatem ac familiam utriusque sexus felicis Werinharii, ex suo jure et dominio in jus et dominium ac potestatem et proprietatem monasterii sancti Salvatoris et omnium sanctorum contradidit et fidem suam rite ac legaliter absolvit.

Acta est autem hęc traditio anno dominicę incarnationis millesimo CXVI., indictione VIIII., epactis...[b], concurrentibus VI., in loco, qui dicitur Rotinakkir,[c][11] asstante domna Mahtilda, sorore predicti Werinharii, et hanc traditionem volente, optante et laudante, in presentia ducum Friderici junioris,[d] Welfonis junioris[d] et Bertoldi junioris[d] et aliorum multorum majorum et minorum, qui viderunt et audierunt: Hartmannus comes et filius eius Hartmannus de Chirichberk.[4] Hartmannus comes de Gerohusen[8] et frater eius Adelbertus comes.[d] Wolferadus comes de Alshusin.[9] Rŏdolfus comes de Bregantio.[18] Lŏdewicus comes de Stofiln.[19] Ŏdalricus comes de Gamirtingin.[20] Sigefridus de Argun.[21] Manegoldus de Rordorf.[11] Manegoldus filius eius. Cŏnradus et frater eius Adelbertus de Habichsburk.[22] Manegoldus de Sunimŏtingen.[23] Ŏdalricus et Marcwardus de Gomingen.[24] Swiger et Erliwin de Gundelvingen.[25] Ernest, Adelbertus et Otto de Stuzzilingen.[26] Rŏpertus de Otolfiswanc[27]. Arnoldus de Hiltiniswilare.[28] Birtilo de Boteliniswilare.[28] Razo de Ritheim.[29] Rŏpertus de Gruminbach.[28] Ripertus de Rieth.[28] Burchardus de Burgberg.[29]

Marcwardus et Gerolt de Bůvinank.[29] Gisilfridus de Turingen.[28] Liutold de Tůndorf.[30] Hŏch de Tuffin.[31] Bertoldus et Cŏnradus de Tanneggi[32]. Bertoldus de Niunburk.[33] Adelbero et Heinricus de Liupfun.[34] Landoldus de Seolvingen.[35] Diethhoch de Buzmundishusen.[36]

Ego itaque Marcwardus, indignus presbyter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi (R) fideliter. Amen. Amen. Amen.

a. „Senioris" ist von Marcward selbst übergeschrieben. b. Die Zahl ist ausradirt. c. „Kkir" steht auf Rasur. d. „Junioris, comes" von Marcward übergeschrieben.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Wirt. Urkundenbuch I, 296 und 341. — Regest: Hidber Nr. 1456 und 1592. — Pressel, Ulmer Urkundenbuch I, 11.

[1] Kirchheim, wirt. OA. Ehingen. [2] Pliezhausen, Degerschlacht, wirt. OA. Tübingen; bei ersterm lag das abgegangene Bütensülz, bei letzterm ehedem Hirmelbrunnen. [3] Fleischwangen, wirt. OA. Saulgau. [4] Schloss Kirchberg an der Iller, wirt. OA. Laupheim. [5] An der Donau. [6] Gerhausen, wirt. OA. Blaubeuren. [7] Tübingen. [8] Kräheneg bei Weissenstein, bad. A. Pforzheim. [9] Altshausen, wirt. OA. Saulgau. [10] Wirtenberg, jetzt Rothenberg, wirt. OA. Canstadt. [11] Rohrdorf, bad. A. Messkirch. [12] Stubersheim, wirt. OA. Geisslingen. [13] Gögglingen, wirt. OA. Laupheim. [14] Hendorf, wirt. OA. Riedlingen. [15] Ennabeuren, wirt. OA. Münsingen. [16] Schlechtenfeld liegt bei Kirchheim, wirt. OA. Ehingen; in der Nähe dieser Orte ist auch das verschollene Ch. zu suchen; denn ein Allerheiliger Güterrodel von 1331 nennt Kelnn zwischen Schlechtenfeld und Griesingen (in demselben Oberamte). [17] Rottenacker, wirt. OA. Ehingen. [18] Bregenz. [19] Hohenstoffeln, bad. A. Engen. [20] Gamertingen in Hohenzollern. [21] Langenargen, wirt. OA. Tettnang. [22] Habsberg, wirt. OA. Riedlingen. [23] Sulmentingen, wirt. OA. Biberach. [24] Gemmingen, abgegangen bei Scheer, wirt. OA. Saulgau. [25] Hohengundelfingen, wirt. OA. Münsingen. [26] Stensslingen, wirt. OA. Ehingen. [27] Otterswang, wirt. OA. Waldsee. [28] Hiltensweiler, Bettenweiler, Ried, Ober-Untertheuringen, wirt. OA. Tettnang. Wegen der Zusammennennung R. de Grum. mit Linz- und Argengauern stammt derselbe wohl von Krumbach, wirt. OA. Tettnang, obwohl bei den Edeln von Krumbach im bairischen Burgau der Name Rupert auch vorkömmt. [29] Riedheim, Burgberg, Baufnang, bad. A. Ueberlingen. [30] Thundorf, Kant. Thurgau. [31] Teufen am Irchel, Kant. Zürich. [32] Tannegg, bad. A. Bonndorf. [33] Nimburg, bad. A. Emmendingen im Breisgau, s. Nr. 7, Anm. 26. [34] Lupfen, wirt. OA. Tuttlingen. [35] Seelfingen, bad. A. Ueberlingen. [36] Bussmannshausen, wirt. OA. Laupheim.

Gut erhaltene Doppelurkunde, halbbrüchig geschrieben, rechts die von 1092, links die von 1116, beide von der Hand Marcwards, so dass also die erstere Copie ihres jetzt nicht mehr erhaltenen Originales, und nur die zweite Original ist. Aus Raummangel ist der Schluss der zweiten Urkunde (von „indignus presbiter" an) unten auf der Spalte der ersten angebracht.

Aussen hat Marcward bemerkt: „In hac carta continetur delegatio, traditio, confirmatio rerum et possessionum felicis Werinheri in nomine Domini. Amen", und zwar so, dass diese Aufschrift nur lesbar ist, wenn die Urkunde zusammengefaltet ist. Dazwischen steht von dem Archivar des 12. Jahrhunderts: „Confirmatio Werinheri de Chilichheim."

16.

Gozpert schenkt an Allerheiligen Besitz in Bibern.

1093. Dezember 27. Allerheiligen.

In Dei nomine. Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus scilicet ac futuris, quia ego Gozpertus cum manu filii et advocati mei || Alberici et cum consensu uxoris meę Amite trado ad monasterium, quod dicitur Scafhusa et est constructum in honore sancti Salvatoris et sancte dive genitricis || Marie atque omnium sanctorum, ubi venerabilis Sigefridus abbas gregi Dei preesse dinoscitur, quicquid proprietatis hodierna die habere visus sum || in pago Hegouva in comitatu Lŏdewici in loco, qui dicitur Biberaha[1], hoc est tam terris quam domibus, mancipiis, casadis, pomariis, pratis, silvis, pascuis, viis et inviis, aquis aquarumve decursibus, piscationibus, molendinis, mobilibus et immobilibus, exitibus et reditibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, vel quicquid dici aut nominari potest. Hęc autem omnia manu potestativa tradidi atque transfudi in jus et proprietatem prefati monasterii; ea videlicet ratione, ut in primis ego et parentes et posteri mei aliquod remedium animarum nostrarum inde habeamus, et insuper ego ipse et uxor mea et filii mei Rŏdolfus et Heinricus et filia mea Berhta, qui ad altare jam dicti monasterii oblati sunt, (necessaria) presentis vitę indę accipiamus. Si quis vero, quod fieri non credo et quod Deus advertat, contra hanc traditionem venire et eam infringere temptaverit, fisco sociante multam componat, hoc est auri uncias V et argenti pondo totidem coactus persolvat, et insuper hec traditio stabilis et inconvulsa omni tempore[a] permaneat, emendatione hominis illius, qui eam malo ordine[b] pervertere voluit, sive pro fredo sive pro ecclesia, quam lesit, secundum leges Alamannorum subsecuta.

Actum in ęcclesia sancti Salvatoris, anno ab incarnatione Domini MLXXXXIII., indictione I., mense decembri, VI. kalendas janua-

rii, luna V., die martis, coram testibus subnotatis: Signum Gozberti et Alberici advocati eius, qui hanc traditionem fecerunt et, cum ceteris manuum impositione confirmantes, super altare posuerunt. Signum Burchardi comitis de Nellenburg, advocati eiusdem monasterii. Gerung de Stulinga[2]. Diethalm de Tokkemburg.[3] Heinrich de Witilisperg[4]. Erlewin et Sigefrid de Honsteti[5]. Ŏdalrich et Suigger de Lutegeringa[6]. Otto de Ricchin[7]. Werinhere de Chilicheim[8]. Bernolt de Hohdorf[9]. Pilgri de Rafsa[10]. Berinhere de Leheim[11]. Ripreth de Hadelvinga[12]. Adelbero de Ergoltinga[13]. Liutolt de Eichsteiga[14]. Immo de Tŏndorf[15] et Liutolt filius eius. Gerhart de Nuwenhusa[16]. Liutolt de Wilare[17].

Ego itaque Otino, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi (R).

a. „Omni tempore" von Otino selbst übergeschrieben. b. Vor „ordine" ist ein „m" ausradirt.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Neugart, cod. dipl. II, 33 (mit Jahr 1083). — Kirchhofer im Archiv für Schweizer Gesch. VII, 256. — Regest: Oberrhein. Zeitschrift I, 74. — Hidber Nr. 1449.

[1] Nicht Bibern bei Thayingen, sondern Bibern bei Stein, Kant. Schaffhausen; denn an letzterm Orte war Allerheiligen nachweislich begütert. [2] Stühlingen, bad. A. Bonndorf. [3] Toggenburg. [4] Witlisberg, abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien. [5] Honstetten, bad. A. Engen. [6] Liggeringen, bad. A. Constanz. [7] Reichen, bair. Bezirksamt Wertingen bei Augsburg; bei den hier hausenden Nobiles findet sich nämlich der Name Otto. [8] Kirchheim, wirt. OA. Ehingen. [9] Hochdorf, wirt. OA. Waldsee. [10] Rafz bei Eglisau, Kant. Zürich. [11] Lienheim, bad. A. Waldshut. [12] Elfingen bei Brugg, Kant. Argau.? [13] Ergoltingen bei Neunkirch, Kant. Schaffhausen. [14] Eichstegen, wirt. OA. Saulgau. [15] Thundorf bei Frauenfeld, Kant. Thurgau. [16] Neuhausen, bad. A. Engen; wenigstens nannten sich noch im 13. Jahrhundert Nobiles von diesem Dorfe. [17] Weiler, bad. A. Constanz oder Weiler bei Ramsen, Kant. Schaffhausen.

Gut erhaltenes Original Otinos, mit andern Urkunden auf einem Pergamente zusammengeschrieben (vergl. Nr. 25 Schlussanmerkung). Es soll auch ein zweites, für sich bestehendes Exemplar dieser Urkunde vorhanden sein, konnte aber während meines Aufenthaltes zu Schaffhausen weder im Staats- noch im Klosterarchive aufgefunden werden.

17.

Rupert und seine Neffen Erlewin und Eberhart von Honstetten vergaben an Allerheiligen Besitz zu Matzingen.

1094. März 14. Allerheiligen.

Noverit omnium Christi fidelium, presentium scilicet ac futurorum, sollers industria, qualiter ego Rŏpertus et filii fratris mei Hezelonis || de Honsteti,[1] Erlewinus et Eberhardus, presente matre illorum Tampurga et fratre illorum Herimanno, dedimus ad monasterium sancti || Salvatoris situm in villa Scafhusa in pago Clecgonva tale predium, quale habuimus in pago Turgouva, in comitatu || Hartmanni comitis in loco Matzinga[2] dicto cum omnibus eiusdem predii pertinentiis, id est agris, areis, edificiis, terris, videlicet cultis et incultis, curtificiis, mancipiis utriusque sexus, pratis, pascuis, molendinis, piscationibus, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis ceterisque omnibus, que quomodocumque nominari vel scribi possunt, utilitatibus. Hec autem omnia de nostro jure ac dominio in jus et dominium prefati monasterii tradimus atque transfundimus; ea videlicet ratione, ut memoria nostri parentumque nostrorum ac posterorum vivorum vel mortuorum a servis Dei inibi Deo famulantibus jugiter habeatur, et ut religiosissima mater nostra superius memorata cum duabus ancillis suis, quas sacro velamine Deo dicari fecit, in cella sancte Agne[3] honorabiliter suscipiatur et tractetur, et mihi Eberhardo et fratri meo Herimanno in hoc monasterio inter sancte conversationis viros sub regula sancti Benedicti dies vitę nostrę ducere concedatur. Si quis vero, quod fieri non credimus et quod Deus avertat, nos ipsi aut ulla opposita persona contra hanc traditionis cartam venire et eam infringere temptaverit, multam, quam carta continet, persolvat, hoc est auri uncias X et argenti totidem pondera, et insuper hęc traditio omni tempore stabilis et inconvulsa permaneat.

Actum in ecclesia sancti Salvatoris, anno ab incarnatione Domini, MLXXXXIV., indictione II., mense martio, II. idus eiusdem mensis, luna XXIII., die martis, coram testibus, quorum signacula hic

continentur: Signum Rŏperti et Erliwini et Eberhardi, qui hanc traditionem fecerunt et, cum ceteris manuum impositione confirmantes, super altare posuerunt. Berhtolth dux Suevorum. Heriman de Egga[4]. Berhtolt de Sparewaresegga.[5] Lantpreth de Husa.[6] Chŏno de Sulza.[7] Rŏdolf de Wigeheim.[8] Diethelm de Tokkenburg.[9] Wolftregil de Matzinga.[2] Hesso de Slate.[10] Erinfrid de Harderin.[11] Sigefrid de Honsteti.[1] Egilwart de Urendorf.[12] Berhtold de Toukkinga.[13] Adelbero de Ergoltinga.[14] Eggibreht de Burron.[15] Gerhart de Wizzenang.[16] Rihwin de Uselinga.[17] Craft de Ittingen.[17] Heriman et Erlevin de Wolvinwilare.[18]

Ego itaque Otino, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi (R) feliciter. Amen.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Archiv für Schweizer Gesch. VII, 258. — Regest: Hidber Nr. 1472.

[1] Honstetten, bad. A. Engen. [2] Matzingen, Kant. Thurgau. [3] In Schaffhausen. [4] Königsegg, wirt. OA. Saulgau. [5] Sperbersegg, wirt. OA. Kirchheim u./Teck. [6] In den Acta Salemitana erscheinen Edle von Hausen, Namens Lampert, begütert um Sigmaringen, folglich ist deren Stammsitz die Burg Hausen im wildromantischen Donauthal, bad. A. Messkirch. [7] Sulz, wirt. Oberamtsstadt am Neckar. [8] Weigheim, wirt. OA. Tuttlingen. [9] Toggenburg. [10] Unbestimmbar welches Schlatt. [11] Herdern, bei Jestetten, bad. A. Waldshut, oder Herdern bei Steckborn, Kant. Thurgau. [12] Irrendorf, wirt. OA. Tuttlingen. [13] Unbestimmbar. [14] Ergoltingen, Kant Schaffhausen. [15] Beuren, bad. A. Engen? [16] Wisslingen, Kant. Zürich, s. Mittheil. der Zürcher antiquar. Gesellschaft VI, 157. [17] Uesslingen, Ittingen bei Frauenfeld, Kant. Thurgau. [18] Wolfenweiler, bad. Freiburg i./B.

Gut erhaltenes Original Otinos, vgl. darüber Nr. 25 Schlussbemerkung.

18.

Theoderich schenkt an Allerheiligen Güter im Breisgau.

1094. April 2. Schaffhausen.

In Christi nomine. Ego Theodericus[1], divinę credulus voci, qua dantibus dicitur dari, insuper presenti diffidens instabilitati, trado ad mona || sterium sancti Salvatoris, quod situm est in villa, que dicitur Scafusa, ubi venerabilis Sigefridus abbas gregi Dei preesse dinoscitur, quicquid hereditatis habere || videor in pago Briscaugia

in comitatu Herimanni in locis infra nominatis, hoc est...[a] Anemötinga, Zaizmannesmate,[b] Regol, || Richinbach, Winedoriuti, Baldinga[2] cum omnibus pertinentiis suis, hoc est tam terris quam domibus, mancipiis, casadis, pomariis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, piscariis, molendinis, silvis, viis et inviis, exitibus et reditibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, seu quicquid scribi aut nominari potest. Hęc omnia, si ex hac luce substractus fuero sine filiis ex legitima uxore susceptis.......[c] de meo jure atque dominio in jus ac proprietatem prefati monasterii trado atque transfundo in remedium anime mee et omnium parentum meorum et omnium fidelium vivorum ac mortuorum. Si quis vero, quod fieri non credo et quod non opto, ut fiat, hanc cartam traditionis violare et pervertere atque irritam facere voluerit, multam, que in carta continetur, hoc est auri uncias X et totidem pondo argenti persolvat, et super hec traditio omni ex parte stabilis et inconvulsa permaneat.

Actum Scafhuse ante monasterium sancti Salvatoris, anno ab incarnationis Domini MLXXXXIIII., indictione II., mense aprili, IV. nonas eiusdem mensis, luna XII., die solis, sub testibus, quorum hic signacula continentur: Signum Theoderici, qui hanc traditionem fecit et ceteros confirmare rogavit. Signum Burchardi comitis de Nellenburg, advocati eiusdem monasterii. Signum Theoderici de Burgelun.[3] Signum Chŏnonis et filii sui Chŏnradi de Seolvinga.[4] Signum Sigebotonis de Rietheim.[5] Signum Heinrici de Wilichinga.[6]......[d] Signum Bertholdi de Bersininga.[7] Signum Dietmundi, Reginboti, Wernheri, Wieperti de Morineshusa.[8] Cuntram de Rote.[9] Gozzolt de Grŏeren.[e] [10]

Ego itaque Otino, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi feliciter.

a. Ein Wort ist hier ausradirt. b. Es könnte auch „Zeiz" heissen. c. Etwa 3 Worte ausradirt. d. Eine halbe Zeile Rasur. e. Die beiden letzten Namen sind von Otino unten am Ende des Blattes nachgetragen.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 26. — Neugart, episc. Constant. II, 578. — Regest: Hidber Nr. 1473.

[1] Zweifelsohne der 1101 genannte Dietrich von Nimburg (wirt. Urkundenbuch I, 329), denn alle seine obigen Schenkungen liegen im Gebiete der Grafen von Nimburg im Breisgau. [2] Emmendingen, Zeismatt, Riegel, Reichenbach, Windenreute und Bahlingen, alle bei Emmendingen. [3] S. Nr. 7, Anm. 61. [4] Seelfingen, bad. A.

Ueberlingen. [5] Riedheim, bad. A. Villingen. Dass S. von diesem R. sich nannte, folgt daraus, dass er in Villingen begütert war, s. Oberrhein. Zeitschrift IX, 70. [6] Wilchingen bei Neunkirch, Kant. Schaffhausen. [7] Abgegangen südlich von Merishausen, Kant. Schaffhausen. [8] Merishausen. [9] Roth, bad. A. Messkirch. [10] Gruorn, wirt. OA. Urach; wenigstens ist sicher, dass in diesem Gr. Nobiles sassen, s. mon. Germ. script. X, 117.

Nicht gut erhaltenes, brüchiges Original Otinos, der offenbar sowohl einen Schenkungsort, als mehrere Zeugen irrig eingetragen, seinen Fehler aber leichthin durch Radiren verbessert hat.

Aeussere Aufschrift: „Predinm Dieterici in pago Briscaugię.“

19.

Johanna schenkt an Allerheiligen Güter in Thunsel, Oehlinsweiler und Wendlingen.

1094. April 2. Schaffhausen.

In Dei nomine. Ego Johanna, filia Trŏdewini, cogitans instabilitatem presentium rerum et desiderans adipisci || premium futurorum, trado ad monasterium sancti Salvatoris, quod[a] situm est in villa, quę dicitur Scafhusa, tale predium, quale habere || visa sum in locis infra nominatis: Tŏnsul[1], Oleswilare[2], Wendilinga[3], tam terris quam edificiis, casadibus, pomariis, || pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, exitibus et reditibus, viis et inviis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, seu quicquid scribi aut nominari potest. Omnia ex integro ad prefatum trado monasterium pro salute animę meę et pro requie domini mei Mahtfridi et omnium parentum et posterorum meorum. Si quis vero, quod fieri non credo, hanc traditionem a me legaliter factam infringere voluerit, hoc, quod inchoavi(t), perficere nequeat et insuper multam, quam carta continet, componat, hoc est auri uncias X et totidem libras argenti coactus persolvat, sed et presens carta firma stabilisque permaneat stipulatione subnixa.

Actum in villa Scafhusa ante ecclesiam sancte Agnetis, anno ab incarnatione Domini MLXXXXIV., indictione II., mense aprili, IV. nonas eiusdem mensis, die solis, coram testibus, quorum signa hic continentur: Signum Johanne et advocati eius Chŏnonis de Seolvinga,[3] qui pari consensu hanc cartam fecerunt et testes infra scriptos

confirmare rogaverunt. S. Cŏnradi de Scolvinga[2]. S. Sigibotonis de Biurron[3]. S. Dietmundi, Reginbotonis, Wernheri, Wiperti de Morineshusa[5]. S. Dietrici de Anemutinga[6].

Ego itaque Otino, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi (R) feliciter. Amen. Amen.

a. Erst stand an der Stelle von quod „dicitur".

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Archiv für Schweizer Gesch. VII, 254. — Regest: Hidber Nr. 1474.

[1] Thunsel, bad. A. Staufen. [2] Oehlinsweiler, Wendlingen, bad. A. Freiburg i./B. [3] Seelfingen, bad. A. Ueberlingen. [4] Beuren, bad. A. Engen? [5] Merishausen, Kant. Schaffhausen. [6] Emmendingen im Breisgau.

Gut erhaltenes Original Otinos, vgl. darüber Nr. 25, Schlussbemerkung.

20.

Johanna schenkt an Allerheiligen Güter in Urnau.

1094. April 4. Constanz.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quia ego Johanna trado ad monasterium sancti Salvatoris, || quod situm est in villa, quę dicitur Scafhusa, ubi venerabilis Sigefredus preesse cernitur, quicquid proprietatis habere visa || sum in pago Linzigouva in comitatu Ottonis in loco, qui dicitur Urenouva[1], hoc est tam terris quam domibus, sil || vis, pratis, pascuis, casadis, molendinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, seu quicquid dici aut nominari potest. Omnia ex integro trado ad monasterium prefatum ob remedium animę meę et domini mei Mathfridi et omnium parentum ac posterorum meorum. Si quis vero, quod fieri non credo et quod Deus avertat, contra hanc traditionem venire et eam infringere temptaverit, multam, quę in carta cernitur, persolvat,[a] hoc est auri uncias V et totidem argenti pondus, et insuper hec traditio omni tempore stabilis et inconvulsa permaneat.

Actum Constancie, anno ab incarnatione Domini MLXXXXIIII., indictione II., mense aprili, II. nonas eiusdem mensis, luna XIIII., die martis, coram testibus, quorum signacula hic continentur: Signum Berhtoldi ducis Suevorum. S. Burchardi comitis de Nellenburg, advocati predicti monasterii. S. Manegoldi comitis et

Wolfradi filii sui de Alshusen[2]. S. Burchardi comitis de Frickinga[3]. S. Geraldi de Tiuringa[4]. S. Chŏnonis de Seolvinga[3]. S. Gotescalchi de Adelsruti[5]. S. Ŏdalrici de Horeguncella[6].

Ego itaque Otino, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et (R) (subscripsi). Amen.

a. Anfangs stand componat, was Otino selbst in persolvat änderte.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Archiv für Schweizer Gesch. VII, 255. — Regest: Hidber Nr. 1475.

[1] Urnau, bad. A. Ueberlingen. [2] Altshausen, wirt. OA. Saulgau. [3] Frickingen, Seelfingen, bad. A. Ueberlingen. [4] Ober-Untertheuringen, wirt. OA. Tettnang. [5] Adelsreute, bad. Enclave bei Ravensburg. [6] Horgenzell, wirt. OA. Ravensburg.

Gut erhaltenes Original Otinos, s. darüber Nr. 25, Schlussbemerkung.

21.

Gerhart von Eschiloch vergabt an Allerheiligen Besitz in Eschiloch und Nesselwangen und um Stein.

1094. April 23. Allerheiligen.

Notum sit omnibus, qualiter[a] Gerardus de Eschiloch[1] dedit ad monasterium sancti Salvatoris, quod situm est in villa || Scafhusa, predium, quod habere videbatur in villa Eschiloch, quod pater eius moriens sibi derelequit, et in villa || Nezzelwanc[1], excepta ęcclesia, et circa munitionem, quę dicitur Stein[2], excepta eadem munitione, pro remedio animę || suę et omnium parentum suorum coram testibus, quorum nomina hic sunt subternotata: Signum Erliwini comitis de Nŏimburc[3]. S. Heinrici de Baltesheim[4]. S.[b] Nogge de Leenheim[5]. S. Heinrici de Witilisperg[6]. S. Hiltibolt de Ahedorf[7]. S. Adelbero de Rŏdelingen[8]. S. Nogge de Endingen[9]. S. Berhtolt de Baldingen[9]. S. Rŏdolf de Gurtwilo[10]. S. Gerardi, qui hanc donationem fecit.

Actum Scafhuse in monasterio sancti Salvatoris, anno ab incarnatione Domini MLXXXXIIII., indictione II., epacta I., concurrente VI., mense aprili, luna V., die dominica.

Ego itaque Otino, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et (R) (subscripsi) feliciter. Amen.

a. „Ego" ist vor Gerardus ausradirt. b. Von da an steht jeweils an der Stelle von Signum ein flüchtig gemachtes Kreuz.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Archiv für Schweizer Gesch. VII, 254. — Regest: Hidber Nr. 1476.

[1] Eschiloch wird im unten folgenden geographisch geordneten Güterbeschriebe mit Nesselwangen, bad. A. Ueberlingen, zusammengenannt, ist also wohl eine in dessen nächster Nähe abgegangene Ansiedlung; wirklich heisst heute noch in dortiger Gemarkung ein Feldgewann „Escheloch" (Mittheilung von Pfarrer Fricker in Nesselwangen). [2] Stein am Rhein, Kant. Schaffhausen. [3] Nimburg, bad. A. Emmendingen. [4] Ober-Unterbalzheim, wirt. OA. Laupheim. [5] Lienheim, bad. A. Waldshut. [6] Witlisberg, abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien. [7] Achdorf, bad. A. Bonndorf. [8] Rüdlingen, Kant. Schaffhausen. [9] Endingen, Bahlingen, bad. A. Emmendingen. [10] Gurtweil, bad. A. Waldshut.

Gut erhaltenes Original Otinos, s. darüber Nr. 25, Schlussbemerkung. Der 23. April 1094 war luna IV.

22.

Gerold vergabt an Allerheiligen Güter in Sohneit.

1094. Dezember 27. Allerheiligen.

In Dei nomine. Notum sit multis, quia ego Gerold[1] trado ad monasterium sancti Salvatoris, quod situm est in villa, que dicitur Scafhusa, || cui venerabilis Sigefredus abbas preesse cernitur, quicquid proprietatis hodierna die habere videor in pago Turgouva || in comitatu Hartmanni in loco, qui dicitur Sňeite[2], hoc est tam terris, quam domibus, ędificiis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarum || ve decursibus, seu quicquid dici aut nominari potest: omnia ex integro ad predictum trado monasterium pro salute anime meę atque domini mei Burchardi comitis[3] et omnium parentum ac posterorum meorum. Si quis vero, quod fieri non credo, aut ego ipse aut ulla opposita persona contra hanc cartam traditionis ire[a] temptaverit, irrita sit eius machinatio, et insuper multam, quę in carta continetur, persolvat, hoc est auri uncias V. et argenti totidem pondo, et nichilominus hęc traditio stabilis et inconvulsa omni tempore permaneat.

Actum in monasterio sancti Salvatoris, anno ab incarnatione Domini MLXXXXIIII., indictione II., mense decembrio, VI. kalendas januarii, luna XVI., die mercurii, coram testibus, quorum nomina hic sunt subternotata: Signum Geraldi, qui hanc traditionem fecit et, cum ceteris confirmans, super altare posuit. S. Burchardi comitis de Nellenburg, advocati eiusdem monasterii. S. Chŏnonis et filii sui Chŏnradi de Seolvinga[4]. S. Sigefridi de Honsteti[5]. S. Bernheri de Leheim[6]. S. Werinheri de Chilicheim[7]. S. Cuntrammi de Wecilsperga[8]. S. Heinrici de Witilsperga[9]. S. Adelberti de Williheris[10]. S. Meginfridi de Orsinga.[11] S. Gerhardi de Eschilo[12].

Ego itaque Otino, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, scripsi et subscripsi (R) feliciter. Amen. Amen. Amen.

a. Vor „ire" ist „ven" radirt.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Regest: Hidber Nr. 1479.

[1] Vermuthlich ein Dienstmann des Nellenburgers Burkhart. [2] Schneit bei Elgg, Kant. Zürich. [3] Von Nellenburg. [4] Seelfingen, bad. A. Ueberlingen. [5] Honstetten, bad. A. Engen. [6] Lienheim, bad. A. Waldshut. [7] Kirchheim, wirt. OA. Ehingen. [8] Kanm Etzberg (alt Etzisberg, Etzelsperg) bei Seen, Kant. Zürich. [9] Witlisberg, abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien. [10] Willatz bei Eisenharz, wirt. OA. Wangen. [11] Orsingen, bad. A. Stockach. [12] S. Nr. 21, Anm. 1.

Gut erhaltenes Original Otinos, s. darüber Nr. 25, Schlussbemerkung.

23.

Meginfrid schenkt an Allerheiligen Güter in Orsingen.

1094. Dezember 27. Allerheiligen.

In Dei nomine. Ego Meginfredus[1], cogitans instabilitatem presentium rerum et desiderans adipisci premium futurorum, trado || ad monasterium sancti Salvatoris, quod situm est in villa, que dicitur Scafhusa, ubi modo venerabilis Sigifredus abbas preesse dinoscitur, quicquid pro || prietatis hodierna die habere videor in pago Underse in comitatu Ludewici in loco, qui dicitur Orsinga[1], hoc est tam terris, || quam domibus, mancipiis, casadis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, pascuis, viis et inviis, exitibus et reditibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, vel quicquid dici aut nomi-

nari potest. Omnia videlicet ex integro trado ad prefatum monasterium pro salute anime meę et omnium parentum ac posterorum meorum. Si quis vero, quod fieri non credo et quod Deus avertat, contra hanc traditionem venire et eam infringere tęmptaverit, multam, quam carta continet, componat, hoc est auri uncias V et argenti totidem pondo, et insuper hęc traditio stabilis et inconvulsa omni tempore[a] permaneat.

Actum in villa Scafhusa in monasterio sancti Salvatoris, anno ab incarnatione Dei MLXXXXIIII., indictione II., mense decembrio, VI. kalendas januarii, luna XVI., die mercurii, coram testibus, quorum signacula hic continentur: Signum Meginfredi, qui hanc traditionem fecit et, cum ceteris confirmans, super altare posuit. Signum Burchardi comitis de Nellenburg, advocati eiusdem monasterii. S. Chŏnonis et filii sui Cŏnradi de Seolvinga. S. Sigefridi de Honsteti. S. Berinheri de Leheim. S. Werinheri de Chilicheim S. Cuntrammi de Wecelesperga. S. Adelberti de Williheris. S. Cŏnradi de Hirceslat.[2] S. Gerhardi de Eschiloch. S. Heinrici de Witilisperg. S. Gerardi de Wantal.[3]

Ego itaque Otino, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi (R) feliciter. Amen. Amen. Amen.

a. „Omni tempore" von Otino übergeschrieben.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Regest: Hidber Nr. 1478.

[1] Von Orsingen, bad. A. Stockach. [2] Hirschlatt, wirt. OA. Tettnang. [3] Kaum Wehnthal, Kant. Zürich. Die übrigen Zeugenorte sind in Nr. 22 gedeutet.

Gut erhaltenes Original Otinos, s. darüber Nr. 25, Schlussbemerkung.

24.

Heinrich und Gepa vergaben an Allerheiligen Güter in Wiesholz.

1094. Dezember 27. Allerheiligen.

In Dei nomine. Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus scilicet ac futuris, quia ego Heinricus[1] et uxor mea Gepa tradimus || ad monasterium sancti Salvatoris, quod situm est in villa, quę dicitur Scafhusa, ubi venerabilis Sigefredus abbas gregi Dei

preesse cernitur, quicquid || proprietatis hodierna die habere videmur in pago Hegouva in comitatu Ludowici in loco, qui dicitur Wiseholza, hoc est tam terris, quam || domibus, mancipiis, casadis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, exitibus et reditibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis. Hęc autem omnia tradimus et transfundimus in jus et potestatem predicti monasterii pro salute animarum nostrarum et parentum et posterorum nostrorum. Si quis vero, quod fieri non credimus et quod Deus avertat, contra hanc traditionem venire et eam infringere temptaverit, multam, quam carta continet, componat, hoc est auri uncias V et argenti totidem pondo coactus persolvat, et insuper hec traditio stabilis et inconvulsa omni tempore permaneat.

Actum in monasterio sancti Salvatoris, anno ab incarnatione Domini MLXXXXIIII, indictione II., mense decembrio, VI. kalendas januarii, luna XVI., die mercurii, coram testibus subnotatis: Signum Heinrici, qui hanc traditionem fecit et, cum ceteris confirmans, super altare posuit. Signum Burchardi comitis, advocati eiusdem monasterii. S. Chŏnonis de Seolvinga. S. Chŏnradi filii sui. S. Sigefridi de Honsteti. S. Bernheri de Leheim. S. Werinheri de Chilicheim. S. Cŏntrammi de Wecelesperga. S. Adelberti de Wiliheris. S. Cŏnradi de Hirceslat. S. Meginfridi de Orsinga. S. Gerhardi de Eschilo. S. Gerhardi de Wantal.

Ego itaque Otino, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et (R) subscripsi. Amen.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Archiv für Schweizer Gesch. VII, 259. — Regest: Hidber Nr. 1477.

[1] Von Witlisberg. [2] Wiesholz bei Ramsen, Kant. Schaffhausen. Die übrigen Orte sind in Nr. 22 und 23 gedeutet.

Gut erhaltenes Original Otinos, s. darüber Nr. 25, Schlussbemerkung.

25.

Adelbert schenkt an Allerheiligen Güter im Nibelgau.

1094. Dezember 29. Allerheiligen.

In Christi nomine. Ego Adelbertus[1], divine credulus voci, qua dantibus dicitur dari, insuper presenti diffidens instabilitati, trado hereditatem || meam ad monasterium, quod dicitur Scafhusa et est constructum in honore sancti Salvatoris et sancte dei genitris Marię atque omnium sanctorum, ubi venerabilis || Sigefridus gregi Dei preesse dinoscitur. Et hoc est, quod trado: quicquid hodierna die habere videor in pago Niebilgouva in comitatu Heinrici || et in locis infra nominatis: ze demo Willeheris, ze demo Isinhartis, ze demo Siggun, ze demo Egilsvendi[2], hoc est tam terris, quam domibus, mancipiis, casadis, pomariis, pratis, pascuis, molendinis, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, vel quicquid scribi et nominari potest, partes quoque ęcclesiarum in predictis locis sitarum, quę sub mea ditione sunt, cum omnibus pertinentiis suis. Hęc autem omnia de meo jure atque dominio in jus et dominium prefati monasterii trado atque transfundo ob remedium anime meę et parentum meorum et omnium fidelium vivorum atque mortuorum. Si quis vero, quod fieri non credo et quod non opto, ut fiat, hanc cartam traditionis violare et pervertere voluerit, multam, quę in carta continetur, componat, hoc est auri uncias X et totidem pondo argenti persolvat, et insuper hec traditio omni tempore stabilis et inconvulsa permaneat.

Actum in ecclesia sancti Salvatoris, anno ab incarnatione Domini MLXXXXIIII., indictione II.,[a] mense decembrio, IV. kalendas januarii, luna XVIII., die veneris, coram testibus, quorum hic signacula continentur: Signum Adelberti, qui hanc traditionem fecit et, cum ceteris confirmans, super altare posuit. S. Burchardi comitis, advocati eiusdem monasterii. S. Chŏnonis de Seolvinga. S. Cŏnradi filii sui. S. Sigefridi de Honsteti. S. Berinheri de Leheim. S. Werinherii de Chilicheim. S. Guntrammi de Wecelesperga. S. Meginfridi de Orsinga. S. Folchwini de Buggensegil.[3]

Ego itaque Otino, presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi (R). Amen.

a. „II.“ ist von Otino übergeschrieben.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Archiv für Schweizer Gesch. VII, 260. — Regest: Hidber Nr. 1480.

[1] S. Nr. 22, Anm. 10. [2] Willatz, Eisenharz, Siggen, Alleschwende, wirt. OA. Wangen. [3] Buggensegel, bad. A. Ueberlingen. Die übrigen Namen sind in Nr. 22 und 23 gedeutet.

Gut erhaltenes Original Otinos. Dasselbe ist mit Nr. 9 (zweites Exemplar), 16, 17, 19, 20, 21, 22, 23, 24 auf ein grosses Pergamentblatt geschrieben. Hidber betrachtet desshalb alle diese Stücke für Copien. Für deren Originalität aber spricht, dass sie alle von einer Hand geschrieben sind, welche auch Nr. 9 (erstes Exemplar) und Nr. 18 schrieb, die deshalb zweifelsohne Otino, der sich als Schreiber in all diesen Stücken selbst nennt, zugehört, und dass alle diese Urkunden ein Recognitionszeichen haben. Zudem sind sie so auf das gemeinsame Pergament aufgetragen, dass sie leicht hätten in einzelne Urkunden aus einander geschnitten werden können, bevor auf den Rücken des Pergaments nach einigen Jahren eine andere Urkunde (Nr. 39) niedergeschrieben wurde. Ich halte dessbalb alle diese Stücke unbedenklich für Originale Otinos, denn andernfalls wäre es doch sehr auffallend, wesshalb Otino nicht auch Nr. 18 mit in seine Copie aufgenommen hätte. Es ist überhaupt undenkbar, dass Ende des 11. Jahrhunderts bei der Formlosigkeit der Privaturkunden und bei deren Mangel an Beweiskraft vor den weltlichen Gerichten häufig gleichzeitig Urkunden ausgestellt und copirt wurden. Otino war vielmehr, möchte ich schliessen, beauftragt, Anfangs 1095 die Traditionen des verflossenen Jahres aufzuzeichnen, d. h. nachzubeurkunden. Er that dies, fieng mit Nr. 18 an, schrieb dann die übrigen alle auf ein Pergament, aber so, dass dieselben mit Leichtigkeit in Einzelurkunden zu verwandeln waren, und schrieb zugleich auf diesem Pergamente auch Neuausfertigungen von Nr. 9 (aus dem daselbst angegebenen Beweggrunde) und von Nr. 16 (wohl weil das erste Exemplar irgend welchen Mangel hatte) nieder.

Auf dem Rücken des Pergamentes schrieb der Archivar des 12. Jahrhunderts: „Traditiones diversorum hominum.“

26.

Urban II. bestätigt die Freiheiten und Besitzungen von Allerheiligen.

1095. Oktober 8. Lyon.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Sigefredo, Scaphusensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis in || perpetuum. Cum uni-

versis sanctę ecclesię filiis ex apostolicę sedis auctoritate ac benivolentia debitores existamus, illis tamen locis atque personis, quę specialius ac familiarius Romanę ecclesię || adherent, quęque ampliori religionis gratia eminent, propensiori nos convenit caritatis studio imminere. Igitur tam tuis et tuorum fratrum quam et regiosi (!) comitis Burchardi piis || votis et petitionibus annuentes, sancti Salvatoris venerabile cenobium ab Everardo quondam comite apud villam Scaphusam sub honore omnium sanctorum edificatum et beato Petro oblatum in jus perpetuum et tutelam suscipimus apostolicę sedis, sicut a pię memorię predecessore nostro Gregorio septimo constat fuisse susceptum. Quicquid etiam immunitatis idem pontifex loco ipsi contulit, nos quoque concedimus et presenti decreto corroboramus. Apostolica igitur auctoritate statuimus, ut universa, quę prefati comites Everhardus et filius eius Burchardus ecclesię vestrę in dotem et possessionem delegaverunt, partem scilicet villę vestrę Scaphusin, ecclesiam ad Kirichberch[1] cum omnibus decimis ad eam pertinentibus, item predia in pago Clectgouve in villis Hallaugia superiori et inferiori[2], item predia in pago Priscaugia in locis Talehusin et Scalchstetin[3], item in Nigra silva in locis Gravenhusin[4] et Scluischse[5] et monte Stouphin[6] dictis cum propriis et communibus, propriis a Rotinbach ad Svarzaha, communibus autem a Svarzaha usque ad medium Albę fluvium[6], item villam Nuwenhusin[7] cum omnibus pertinentiis suis, vel quicquid alii quilibet fideles cęnobio vestro de suis facultatibus contulerunt et *quecunque hodie possidet sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant.* De cellis autem beatę Agnetis in Scaphusa et beatę Marię in Guachinhusin[8] nominatim interdicimus, ne quis occasione qualibet eas audeat a prefati monasterii proprietate subtrahere vel alienare, sed in eo semper ordine maneant, quo a te, karissime fili Sigefrede, institutę sunt, nec tibi aut successorum tuorum alicui liceat, eas distrahere vel earum bona temere aut violenter minuere vel auferre. Si quis vero hactenus eorum quicquam abstulit, donec restituat, ab omnipotentis Dei gratia alienus existat. Preterea mansuro in perpetuum decreto sancimus, ut nulli omnino viventium liceat in vestro monasterio aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii juris, non advocatię, non investiturę, nec cuiuslibet potestatis, quę libertati et quieti fratrum noceat, vendicare. Abbas cum fratribus advocatum, quem utiliorem providerint, instituat. Quod

si postmodum monasterio iuutilis fuerit, remoto eo, alium preficiant. Sepulturam eiusdem loci liberam omnino esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint,[a] devotioni et extremę voluntati, nisi forte excommunicati sunt, nullus obstare presumat. Si quas vero decimas pertinentes ecclesiis, quas habetis vel habebitis, a laicis recuperare, annuente Domino, potueritis, vestris perpetuo usibus mancipandas, nullius episcopi vel prepositi contradictio vos inhibeat. Ad hec adicimus, ut nulli episcoporum facultas sit, sine Romani pontificis licentia loca vestra vel monachos interdictioni vel excommunicationi subicere. *Nulli* preterea homini *liceat* sepefatum *cenobium temere perturbare vel eius possessiones* seu res ceteras *auferre*, ablatas retinere, *minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus* omnimodis *profutura*, quatenus illic Deo servientes fratres ab omnium potestate liberi Romanę libertatis gratia potiantur et a secularibus tumultibus alieni omnipotentis Dei speculatione licentius vacare prevaleant. Obeunte te nunc eius loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundam beati Benedicti regulam elegerint. Consecrationes altarium, basilicarum, ordinationes clericorum, krisma, oleum sanctum et cętera ad episcopale offitium pertinentia ab episcopo Constansiensi (!), in cuius estis diocesi, accipietis, si tamen catholicus est et gratiam et communionem apostolicę sedis habuerit. Alias vero liceat vobis catholicum, quem volueritis, adire antistitem et ab eo consecrationum sacramenta suscipere vel ad sedem apostolicam recurrere, qui, apostolica fultus auctoritate, quę postulantur, indulgeat. Ad indicium autem perceptę a Romana ecclesia libertatis auri unciam quotannis Lateranensi palacio persolvetis. Si qua sane deinceps ecclesiastica sęcularisve persona, huius privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino (judicio) existere de perpetrata iniquitate cognoscat atque a sacratissimo corpore et sanguinis Dei ac domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat et in extremo examine districtę ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum judicem premia ęternę pacis invenient. Amen. Amen. Amen.

Datum Lugduni (C) per manum Johannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis, VIII. idibus (M) octobris, indictione III., anno dominicę incarnationis MXCVI., pontificatus autem domini Urbani secundi papę VIII.

a. Das e in der Silbe „libe" ist übergeschrieben.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 27. — Regest: Hidber Nr. 1481.

[1] Kirchberg bei der badischen Enclave Büsingen unweit von Schaffhausen. [2] Ober- und Unterhallau, Kant. Schaffhausen. [3] Thalhausen, Schallstadt, bad. A. Freiburg i. B. [4] Grafenhausen, bad. A. Bonndorf. [5] Schluchse. [6] Hier ist nicht nur der Berg d. N. (Hohstaufen südöstlich vom Schluchse) gemeint, sondern, wie aus den folgenden Grenzangaben erhellt, der ganze Gebirgsrücken zwischen dem Röthenbach (Nebenbach der Schlücht, südöstlich von Grafenhausen), der Schwarza und Alb südlich vom Schluchse. [7] S. Nr. 49, Anm. 8. [8] Wagenhausen, Kant. Thurgau.

Sehr schön geschriebenes, abgesehen von einigen Rissen gut erhaltenes Original. An demselben hängt an abgeblasster (wollener?) Schnur das Bleisigel Urbans II. Die Legende des Circulus ist: „Benedictus Deus et pater domini nostri Jesu Christi." Vorlagen waren die Bullen Urbans II. von 1090 und 1092 (Nr. 11 und Nr. 13); das aus letzterer Entnommene ist mit kleinerer, das aus der erstern Entlehnte ist mit liegender Schrift oben hervorgehoben.

Die Jahreszahl des Originals ist in 1095 zu verbessern, denn in diesem Jahre, nicht 1096, war Urban II. in Arelate und Frankreich. Auch die Indiction und die Regierungszahl des Papstes, wie die Urkunde sie hat, weisen auf 1095, nicht 1096.

Aeussere Aufschrift: „Urbani II."

27.

Abt Sigfrid von Allerheiligen kauft Güter in Bahlingen von Hiltibold von Griesheim.

1096. Juni 1. Schaffhausen.

Anno dominice incarnationis millesimo XCVI.,[a] indictione IV., || dominus Sigefredus, abbas monasterii sancti Salvatoris,[b] emit quoddam predium a Hiltiboldo de || Criseheim[1] in pago Prisgauvensi in villa Baldingen[2] situm. || Ad huius autem predii emptionem accomodavit Dithelmus, presbiter de Maltertingen[3], XX marcas argenti, et ipse ac filius suus Bertolfus, quoad viverent, hoc idem allodium in beneficium acceperunt.

Actum in villa Scafhusa, kalendas junii, die dominica, coram

idoneis testibus, quorum hic nomina subscripta sunt: Burchardus comes de Nellenburk, advocatus Scafhusensis. Dietericus de Burgelon.[2] Adelbertus comes de Wisenseggi.[4] Brŏno frater eius. Adelbertus comes de Cŏgiburk.[5] Heinricus de Ebinwilare.[6] Cŏnradus de Eichsteiga.[6] Chŏno de Seolvingen.[7] Cŏnradus filius eius. Ŏdalrich de Liutegerningen.[8] Heinricus de Witilsperc.[9] Eberharth de Hŏneburk.[10] Adelbero frater eius. Ŏdalrich de Anemutingeu.[11] Swiger de Endingen.[11] Gebehardus de Seolvingen.[7] Sigefridus frater eius. Pilgrin de Rafsa.[12] Hildebolt de Crisiheim.[1]

Post non multos autem annos, tempore domini Alberti[13] abbatis, prefatus Diethelmus cum filio suo beneficium, quod accepit, monasterio devote reddidit, hac tamen interposita conditione, ut, quamdiu ipse Diethelmus vixerit, patris sui memoria singulis annis a fratribus cum aliqua caritatis exhibitione agatur, post obitum vero suum in anniversario suo aliquod caritatis servitium ob memoriam suę recordationis fratribus exhibeatur.

a. Geschrieben steht „Mill. $\frac{\text{VI}}{\text{XX}}$". Die Deutung 1096 folgt aus der Indiction, XX ist desshalb wohl nur Schreibfehler für XC. b. „Mon. s. Salv." ist übergeschrieben,

Schaffhausen, hist. Verein (vordem Hardersche Urkundensammlung). — Abdruck: Urkundio I, 249. — Regest: Hidber Nr. 1489.

[1] Griesheim, bad. A. Staufen. [2] Bahlingen, Malterdingen, bad. A. Emmendingen. [3] S. Nr. 7, Anm. 61. [4] Wiesneck im Höllenthal, bad. A. Freiburg. A. de W. ist der Graf Adelbert von Zollern, der auch von Haigerloch, also von drei verschiedenen Orten genannt wird. Sein miterwähnter Bruder Bruno war Dompropst in Strassburg. [5] Kiburg. [6] Ebenweiler, Eichstegen, wirt. OA. Saulgau. [7] Seelfingen, bad. A. Ueberlingen. [8] Liggeringen, bad. A. Constanz. [9] Witlisberg, abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien. [10] Homburg, bad. A. Stockach. [11] Emmendingen, Endingen im Breisgau. [12] Rafz bei Eglisau, Kant. Zürich. [13] Folglich wohl bei Beginn von dessen Regierung 1099.

Von einer Hand geschriebenes Original, das hinsichtlich des Kaufes von 1096 also Nachbeurkundung ist.

Aeussere Aufschrift: „Beneficium Diethalmi de Maltirtingin."

28.

Urban II. beauftragt den Bischof Gebhart von Constanz, zwischen den Klöstern Schaffhausen und Raitenbuch, das jenem einen Mönch vorenthält, Frieden zu stiften.

(1096.) August 7. Forcalquier.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri G(ebehardo), Constantiensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Inter Scafnsensium et Reitenbuochensium[1] congregationes, quare et quam diutina discordia fuerit, fraternitati tue liquido patet. Nuper cum Turonis[2] essemus, per filium nostrum Manegoldum, magistrum scholarum,[3] pacificos eos audieramus. Communis autem filius Gerardus[4], Scafusensis monachus, veniens eandem apud nos querelam replicavit, quia videlicet fratres illi monachum reddere noluerunt. Mandamus itaque dilectioni tuæ, ut ad reformandam inter ipsos concordiam cum religiosis adhuc invigiles. Quod si modo obedire contempserint et post nostrarum litterarum acceptationem infra dies XXX monachum illum, pro quo inter eos discordia crevit, Scafusensi abbati non restituerint, eos deinceps nostra sententia noveris interdictos.

Data VII. idus augusti, apud Forum Colcherii.[5]

Dieses Schreiben stand in einem Codex des Klosters Benedictbeuren (13 saec.), woraus es Pez in seinen Thes. Anecdot. VI, pars I, 297 aufgenommen hat. Jetzt ist nach gütiger Mittheilung des Münchner Reichsarchivs weder dieser Codex, noch auch ein Original oder Copie des obigen Schreibens in München, wohin die Archivalien von Benedictbeuren und Raitenbuch bei der Säcularisation kamen, aufzufinden. — Regest: Jaffé, Reg. pontificum Nr. 4242. — Hidber Nr. 1491.

[1] Raitenbuch an der Ammer, Oberbaiern. [2] Tours. Hier war Urban II. vom 4. 25. März 1096. [3] Der berühmte Gregorianer Manegold von Lautenbach, s. über ihn Giesebrecht, Magister Manegold von Lautenbach, in den Sitzungsberichten der hist. Classe der Münchner Ak. d. Wiss. 1868, S. 296—330. [4] Vermuthlich der spätere Abt d. N. von Allerheiligen. [5] Forcalqnier in der Provence, nicht weit nordwestlich von der Durance gelegen.

Das Datum ist nach Jaffé aufgelöst.

29.

Urban II. befiehlt dem Kloster Raitenbuch, den Schaffhauser Mönch seinem Kloster zurückzugeben.

(1096. August 7.)

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis O(dalrico) preposito, M(anegoldo)[1] decano Reitinbuochensium salutem et apostolicam benedictionem. Jam dudum dilectionem vestram missis ac remissis litteris exhortati sumus exhortationibus et preces adjecimus, ut cum venerabili Scafusensium abbate vel congregatione in pacem integram rediretis, restituto eis fratre, quem ex eorum claustro dolosis circumventionibus eduxistis. Vos autem, quod religionem vestram minime decuit, et preces nostras sprevistis et auctoritatem in nobis sedis apostolicæ parvi pendistis; quin etiam Deum, qui charitas est, offendistis, cum religiosos viros ad reconciliationem vestram congregatos, et venerabilem Scafusensium abbatem, solo charitatis intuitu in conspectu vestro humiliatum, irridere et proposita præsumpsistis pollicitatione frustrari. Quam inobedientiæ et dolositatis culpam, qua deberemus, austeritate persequi, vestram ipsorum prudentiam in cordis tabula legere non diffidimus. Post harum igitur litterarum acceptionem, nisi infra dies XXX eidem abbati satisfeceritis, divinorum deinceps officiorum ....[2]

Abdruck: Petz, Thesaur. anecdot. VI, pars I, 298 (nach dem in Nr. 27 genannten Codex). — Regest: Jaffé, Reg. pontif. Nr. 4243. — Hidber Nr. 1492.

[1] Aus dem Inhalte von Nr. 28 und 29 folgt, dass der Dekan von Raitenbuch nicht, wie noch Giesebrecht a. a. O. 306 annimmt, mit Manegold von Lautenbach identisch sein kann. [2] Der Schluss fehlt.

30.

Graf Bertold von Nimburg bestätigt die von seinem Vater und Bruder gemachte Schenkung von Fisibach an Allerheiligen.

(C. 1100.)

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod comes || Bertoldus de Niuwenburk,[1] filius Erliwini

comitis, predium, quod || pater eius et frater eius tradiderunt monasterio sancti Salvatoris || pro tribus filiabus suis, videlicet Fiusipach,[1] et ipse confirmavit et omnino in proprietatem tradidit in presentia nobilium virorum, quorum hęc sunt nomina: Hesso de Eichstat.[3] Crafth de Upphingen.[4] Wolfganch de Witilinchoven.[5] Erliwinus et frater eius Bernhardus de Wolvinwilare.[4]

Ego Eppo, presbiter et monachus sancti Salvatoris, jussus scripsi et subscripsi (R).

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Regest: Archiv für Schweizer Gesch. VII 261. — Hidber Nr. 1481.

[1] Nimburg, bad. A. Emmendingen. [2] Fisibach (Bachs), Kant. Zürich, oder Fisibach bei Kaiserstuhl, Kant. Argau. [3] Eichstetten, bad. A. Emmendingen. [4] Opfingen, Wolfenweiler, bad. A. Freiburg i. B. [5] Wittlekofen, bad. A. Bonndorf.

Gut erhaltenes Original Eppo's. Dasselbe fällt wohl vor 1100, in die letzten Jahre des 11. Jahrhunderts, da Graf Bertold von Nimburg erstmals 1100, sein Vater Erlewin aber letztmals 1094 (oben Nr. 21) genannt wird. (Vgl. Freiburger Diöcesanarchiv X, 75.) Die äussere Aufschrift der Urkunde s. Nr. 31.

31.

Eberhart von Watt schenkt an Allerheiligen Güter in Griesbach.

(C. 1100.)

Eberhardus de Wata[1] tradidit sancto Salvatori et omnibus sanctis eius || in loco, qui dicitur Griezpach,[2] duos mansos. Et hi sunt testes, qui hoc || viderunt et audierunt: Adelbertus[3] comes et advocatus. Adil || bero de Singen.[4] Volknant de Stölingen.[5] Landolt de Seolvingen.[6] Diethalm de Hardirin.[7] Riwin de Wilari.[8] Bertoldus de Stetin.[9]

Ego Eppo, presbiter et monachus sancti Salvatoris indignus, scripsi et sub(scrip)si. Amen. Amen. Amen.

Schaffhausen, Klosterarchiv.

[1] Watt bei Regensberg, Kant. Zürich. [2] Griesbach bei Schaffhausen. [3] Von Mörsberg. [4] Singen am Hohentwiel. [5] Stühlingen, bad. A. Bonndorf. [6] Seelfingen, bad. A Ueberlingen. [7] Herdern, Kant. Thurgau oder bad. A. Waldshut. [8] Weiler, Kant. Schaffhausen oder bad. A. Constanz. [9] Stetten, Kant. Schaffhausen.

Gut erhaltenes Original Eppo's, mit Nr 30 auf ein Pergamentblatt geschrieben, so zwar, dass dasselbe durch einen Tintenstrich halbirt ist, und jede der beiden

Urkunden eine Halbseite einnimmt. Beide Urkunden sind in einem Zuge, gleichzeitig geschrieben, wesshalb ich beide mit gleichem Datum versah. Fällt auch Nr. 31, wie zu vermuthen, noch etwas vor 1100, so wird in ihr Adelbert von Mörsberg erstmals als Klostervogt erwähnt. Ueber dessen Abstammung vgl. den Aufsatz über Liutold von Mörsberg von G. von Wyss im Anzeiger für schweiz. Gesch. IX, 1.

Die äussere Aufschrift der Doppelurkunde Nr. 30 und 31 lautet: „Confirmatio Bertoldi de Niuwenburk. Item confirmatio Eberhardi de Wata."

32.

Reginbold trifft zu Erhaltung der von ihm und seinem Bruder Hermann gemachten Stiftung an Allerheiligen Bestimmungen.

(C. 1100–1102.)

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod Herimannus[1] et frater eius || Reginboldus concesserunt predium suum in cottidianum || usum fratrum suorum, videlicet lumen et mensalia inde eis || acquirenda. Post mortem autem Herimanni timens Reginboldus, quatinus hoc post mortem suam stabile permanere non posset, consilio et consensu domni abbatis Adelberti aliorumque fratrum suorum vendidit illud et XXX talenta in communem utilitatem contulit, eo utique pacto, ut illud predium apud Pazmundingin[2] ad eadem necessaria perpetuo concederetur, et hoc domnus abba (!) cum universa congregatione statueret et confirmaret, ut nec ipsi nec alicui successorum eius hoc unquam infringere aut mutare liceret.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Regest: Hidber Nr. 1604.

[1] Der Honstetter d. N. von Nr. 17, da dieser 1094 Mönch in Allerheiligen wurde und da Hermann im unten folgenden Güterbeschriebe ausdrücklich de Hoinstetin genannt wird. Nach diesem Güterbeschriebe lag die Schenkung Hermanns in Beuren, bad. A. Stockach. [2] Basadingen, Kant. Thurgau.

Nicht besonders gut erhaltenes Original, dessen Schreiber zweifelsohne Gisilbert, der Schreiber von Nr. 35, war. Da von Gisilbert nur in den Jahren 1100 und 1102 geschriebene Urkunden vorhanden sind, und von 1102 an Marcward als Urkundenverfasser von Allerheiligen erscheint, so dürfte obige Urkunde auch um 1100–1102 geschrieben sein.

Aeussere Aufschrift: „Traditio Herimanni et fratris sui Reginboldi."

33.

Abt Adelbert von Allerheiligen und Graf Burkhart vertragen sich mit dem Klostervogte Graf Adelbert und dessen Bruder Dietrich über deren auf Klostergut gezogene Leibeigene. Zugleich wird die Schenkung von Leibeigenen durch Graf Eberhart sel. an Allerheiligen bestätigt.

(C. 1100—1105.)

Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus et futuris, qualiter dominus Adelbertus, abbas monasterii sancti Salvatoris, et Burchardus[1] comes cum Adelberto comite, advocato predicti monasterii, et Theodorico,[2] fratre illius, subscriptam conditionem in perpetuum pro testamento conservari statuerunt. Frequenter enim factę sunt contentiones et dissensiones inter fratres prefati monasterii et homines predictorum comitum pro quibusdam mancipiis, quę vel de prediis illorum in possessiones monasterii migraverunt, vel de allodiis monasterii in illorum predia transierunt. Unde ad sedandas frequentes partium lites utrinque concordi voto, comuni (!) consilio laudatum et confirmatum est, ut quęcunque mancipia de illorum hominibus in possessionibus monasterii conjugio sociata vel beneficio astricta tunc temporis manerent, monasterium perpetualiter obtineret.

Tunc etiam confirmata est et (a) Burchardo comiti cum nepotibus suis[3] traditio sanctę memorię Eberhardi comitis, qua parentes Reginlint, Bernoldi et Sigeboldi ad ecclesiam sancte Resurrectionis[4] dedit.

Abdruck: Mones Anzeiger VI, 9, Nr. 10. — Regest: Hidher Nr. 1526.

[1] Von Nellenburg. [2] Derselbe, der auch als Graf von Bürgeln und Nellenburg erscheint. [3] Die vorgenannten Brüder Adelbert und Dietrich. [4] Die Schenkung dieser Leibeigenen geschah wohl bei der Weihe der Auferstehungskirche zu Schaffhausen 1052.

Das Original dieser Urkunde stand wahrscheinlich auf dem in Nr. 34 beschriebenen, nunmehr verschollenen Pergamente Ich gebe sie desshalb nach der Abschrift von Spleiss in dessen Handschrift: „Diplomata et scripta varia ad monasterium omnium sanctorum pertinentia.“ (Eigenthum des antiqnar. Vereins zu Schaffhausen), weil eine Vergleichung der spleissischen Abschriften mit ihren noch erhaltenen Vorlagen die Zuverlässigkeit jener Abschriften dargethan hat.

Aus der Nennung des 1099 gewählten Abts Adelbert und des 1105 letztmals genannten Grafen Burkhart folgt, dass obige Urkunde im Anfange des 12. Jahrhunderts gegeben wurde.

34.

Graf Burkhart von Nellenburg schenkt an Allerheiligen sein Gut Hemmenthal mit dem Walde Randen.

1100. Februar 27. Riedeschingen.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Burchardus, co || mes de Nellenburc,[a] trado ad monasterium sancti Salvatoris, quod situm est in villa, que vo || catur Scafhusa, predium meum Hemmendal[1] cum silva Randa[2]; tum in agris, pratis, aquis aquarum || ve decursibus, pascuis, molendinis cum omnibus pertinentiis, que vel scribi vel nominari possunt, tum etiam in venationibus, in cunctis utilitatibus trado et ex jure meo in jus et potestatem eiusdem monasterii transfundo pro salute animę meę, parentum meorum ac posterorum. Si quis autem[b] hanc traditionem infringere voluerit, quod Deus avertat, multam, quam continet carta, persolvat, hoc est[b] X uncias auri, totidem pondo argenti, insuper hęc traditio stabilis et inconvulsa permaneat.

Actum in villa Eschingen[c] [3], ab incarnatione Domini MC, indictione VIII.,[d] III. kalendas marcii. Signum Burchardi comitis, qui hanc traditionem fecit et, cum ceteris confirmans, super altare sancti Salvatoris posuit coram testibus hic subnotatis: Signum Berhtolfi ducis de Zaringen. Signum Herimanni marchionis de Linthburch.[4] Signum Theodorici comitis de Nellenburch. Signum Ludwici comitis de Stoffeln.[5] Signum Berhtolfi comitis de Marstetin.[6] Signum Arnolfi advocati Augiensis[7] de Golthbach.[8] Signum Heinrici advocati Constantiensis de Berge.[9] Signum Ŏdalrici de Mamburron.[10] Signum Arnolfi de Hiltenswilare.[11] Signum Lanthberti de Husen[12] et filiorum eius Lanthberti et Burchardi. Signum Gebehardi de Seolvingen.[13] Signum Ŏdalrici de Ahe.[14] Signum Eigelwardi et filii eius Eigelwardi de Ŏzenswilare.[15] Signum Gothefridi de Leonegge.[16] Signum Hiltheboldi de Tannegge[17] Signum Adelberonis de Singen.[18] Signum Adelberonis de Engin.[19] Signum Waltheri de Echingen.[2] [e] Signum Rŏdolfi[f] de Dengen[21] et Burchardi de Dengen. S(ignum) Ŏdalrici et Swiggeri fratrum de Luithgeringgen.[22] Sig-

num Adelberti[g] de Ramesheim.[h] [23] Signum Öthgozzi de Hohenstetin.[24] Signum Berhtolfi et Heinrici de Baldingen.[25] Signum Erchenberti et Hiltheboldi de Turreheim.[26] Signum Sigebotonis de Rettheim.[i] [26] Signum Ernestonis de Anselvingen.[27] Signum Arnolfi et Ödalrici de Nuvenhusen.[27] Signum Gerungi et Arnolfi de Gothmötingen.[27] Signum Bennonis et Bergeri de Speichingen.[28] Signum Adelberonis et Hugonis de Huvingen.[29]

Ego Giselbertus, monachus sancti Salvatoris, scripsi et subscripsi (R). Amen.

a. „De Nellenburc" von Giselbert später eingetragen. b. „Autem, hoc est" von Giselbert übergeschrieben. c. „In villa Eschingen" von Giselbert übergeschrieben. d Das unten erwähnte Duplicat hatte (nach Spleiss) weiter „epactis VII., concurrente VII". e. Spleiss „Erchingen". f. „Rodolfi" übergeschrieben. g. Giselbert schrieb zuerst irrig „de Ho". h. Spleiss „Adelberti et Heinrici de Ramesheim". i. Spleiss „Rietheim".

Schaffhausen. Klosterarchiv. — Abdruck: Mones Anzeiger VI, Nr. 7. — Archiv für Schweizer Gesch. VII, 252. — Regest: Stälin II, 318. — Oberrhein. Zeitschrift I, 75. — Riezler, Gesch. von Donaueschingen (Schriften des Donaueschinger hist. Vereines II, 65). — Hidber Nr. 1510.

[1] Hemmenthal, Kant. Schaffhausen [2] Randen, ein Theil des Jura zwischen Rhein, Wutach und dem Hegan Hier ist wohl der hohe Randen bei Hemmenthal gemeint. [3] Wegen der Nähe des Randens halte ich E. für Riedeschingen, bad. A. Donaueschingen, nicht für Donaueschingen oder Wuteschingen, da diese beide zu entlegen wären. [4] Limburg am Kaiserstuhl bei Breisach. H. m. de L. ist Markgraf Hermann II. von Verona (Baden). [5] Hohenstoffeln, bad. A. Engen. [6] Marstetten a./Iller, wirt. OA. Leutkirch. [7] Reichenau. [8] Goldbach, bad. A. Ueberlingen. [9] Heiligenberg, bad. A. Pfullendorf. [10] Mammern am Untersee, Kant. Thurgau. [11] Hiltensweiler, wirt. OA. Tettnang. [12] Hausen, im Donauthal, bad. A. Messkirch. [13] Seelfingen, bad. A. Ueberlingen [14] Ach. bad. A. Stockach. [15] Abgegangen, lag im sg. Madach, bei Buchheim, bad. A. Stockach. [16] Leonegg, lag unweit von Heiligenberg. [17] Thannegg, bad. A. Bonndorf. [18] Singen, bad. A. Constanz. [19] Engen im Hegau. [20] Ehingen, bad. A. Engen; sollte aber Spleiss Recht haben, Langenerchingen (Langdorf) bei Frauenfeld, Kant. Thurgau. [21] Thengen, bad. A. Engen. [22] Liggeringen, bad. A. Constanz. [23] Ramsen, Kant. Schaffhausen. [24] Honstetten, bad. A. Engen. [25] Ober-Unterbaldingen, bad. A. Donaueschingen. [26] Dürrheim, Riedheim, bad. A. Villingen. [27] Anselfingen, Neuhausen, Gottmadingen, bad. A. Engen. [28] Spaichingen, wirt. Oberamtsstadt. [29] Hüfingen, bad. A. Donaueschingen.

Gut erhaltenes Original Giselberts Aeussere Aufschrift: „Traditio ville Hemmintal cum silva Randin, quam dedit Burcardus comes."

Spleiss hat in seiner Nr. 33 erwähnten Sammlung einen etwas abweichenden Text dieser Urkunde, welchen er nach seiner Angabe einer Membrane Allerheiligens entnommen hat. Diese Membrane enthielt ausser obiger Urkunde noch Nr. 33, 42 und

43 und ist heute sammt einem Vidimus von 1491, in welchem auch Nr. 7 enthalten war, verschollen. Die Membrane gab aber nicht bloss etwa eine Copie obiger Urkunde, sondern höchst wahrscheinlich ein zweites, später ausgefertigtes Original derselben; denn anders sind ihre nur das Datum und die Zeugennamen verbessernden Abweichungen von obigem Texte nicht erklärbar. Auch hier also nehme ich einen Fall der bei Nr. 9 und 25 besprochenen Neuausfertigung einer Urkunde an, wozu hier wohl die Mangelhaftigkeit des Datums und die Auslassung eines Zeugen Veranlassung gegeben haben. Auf den freien Raum des Pergaments schrieb man ebenso, wie auf das in Nr. 25 beschriebene Blatt, noch weitere Urkunden, nämlich Nr. 33, 42 und 43. Aus dem bei Nr. 25 erwähnten Grunde halte ich auch diese Ausfertigung von Nr. 33 für Original, dagegen die Ausfertigungen von Nr. 42 und 43 für Copien; denn die barbarische Sprache, das in ihnen herrschende Recht und ihr von ihnen genannter Schreiber weisen darauf hin, dass ihre Originalien in Rhätien ausgefertigt wurden. Allerheiligen liess sie dann aus irgend welchem Grunde auf dem verschollenen Pergamente copiren.

35.

Sigfrid und Otgoz von Honstetten vergaben an Allerheiligen Güter in Honstetten.

1100. Dezember 29.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Sigefridus et || frater meus Otgotz tradimus ad monasterium sancti Salvatoris, quod situm est in villa, || quę dicitur Scafhusa, de predio nostro, quod habemus in villa Hohenstetin,[1] duos mansos || determinate unum, qui erat cuiusdam Truthmanni beneficium, et alterum communi consilio prescriptum; cum curtificiis, agris, pratis, silvis, cum omnibus pertinentiis tradimus pro salute animę nostrę, parentum nostrorum ac posterorum. Si quis hanc traditionem infringere vel infirmare voluerit hanc cartam, quam continet multam componat, hoc est V uncias auri, totidem pondo argenti, insuper hęc traditio stabilis et inconvulsa permaneat.

Actum anno ab incarnatione Domini MC., indictione VIII., IIII. kalendas januarii, coram testibus hic subnotatis: Signum Sigefridi et[a] Otgozi de Hohenstetin, qui hanc traditionem fecerunt et super altare sancti Salvatoris, cum ceteris confirmantes, posuerunt. Signum Burchardi comitis de Nellenburc. Signum Heinrici de Wetelsberch.[2] Signum Wicperti de Nuenhusen.[1] Signum Adelberti de Werneswilare.[3] Signum Megenfridi de Orsingen.[4]

Ego Gisilbertus, monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi feliciter. Amen.

a. Nicht sicher zu lesen.

Karlsruhe, General-Landesarchiv. — Abdruck: Dümgé, Reg. Badensia 118. — Regest: Dümgé l. c. 25. — Hidber Nr. 1513.

[1] Honstetten, Neuhausen, bad. A. Engen. [2] Witlisberg, abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien. [3] Wirnsweiler, wirt. OA. Saulgau. [4] Bad. A. Stockach.

Gut erhaltenes Original Giselberts (mitgetheilt von General-Landesarchivdirektor Dr. Roth von Schreckenstein in Karlsruhe).

Aeussere Aufschrift: „Predium Sigefridi et fratris sui Ogozi."

36.

Sigfrid, Konrad Eberhart und Ogoz von Reute vergaben an Allerheiligen Güter im Hegau, Argau, Breisgau und Eritgau.

1101. April 21. Allerheiligen.

Noverit omnium Christi fidelium, presentium scilicet ac futurorum, sollers industria, quod ego Sigefridus et fratres || mei Cŏnradus, Eberhardus et Ogoz hereditatem nostram tradimus ad monasterium, quod situm est in villa, quę dicitur Scafhu || sa, et est constructum in honore sancti Salvatoris et sanctę Marię [et] omnium sanctorum, ubi venerabilis Adelbertus gregi Dei || preesse cernitur. Et hoc est, quod tradimus: quicquid hodierna die habere videmur in pago Hegouva in comitatu Lŏdewici in locis infra notatis: ze Rûti, ze Hohenstetin;[1] quicquid etiam in pago Argouva sub comitatu Ŏdalrici in istis locis: ze Willineshŏwo, ze Stŏfen, ze Nunnenwilare;[2] ad hoc quoque, quod habemus in pago Briscaugia in comitatu Herimanni ze Hugenshein,[a] [3] necnon etiam in pago Heregouva habere dinoscimur sub comitatu Manegoldi in villa, quę dicitur Polster,[c] [4] hoc est tam[b] terris, quam domibus, mancipiis, pomeriis, pratis, pascuis, molendinis, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, cultis et incultis. Hec ergo omnia de nostro jure atque dominio in jus atque dominium prefati monasterii potestativa manu tradimus atque transfundimus ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum omniumque fidelium vivorum atque mortuorum. Si quis vero, quod fieri non credimus, hanc traditionis

cartam infringere temptaverit, multam, quam carta continet, componat, hoc est auri uncias X et totidem pondo argenti, et insuper hęc traditio omni tempore stabilis et inconvulsa permaneat.

Actum in ęcclesia sancti Salvatoris, anno ab incarnatione Domini MCI., indictione VIIII., mense aprili, XI. kalendas mai, luna XVIII., die dominico paschę, coram testibus, quorum hic signa continentur: Signum Burcardi comitis de Rammesheim.[a] [5] S. Waltonis de Sitin.[6] S. Immonis de Immindingen.[7] S. Gerungi de Cimbern.[7] S. Heinrici de Wihtelperc.[8] S. Adelberti de Gamertingen.[9] S. Guntfridi de Gòtmòtingen.[7] Burchardi de Esschingen.[10] S. Eberhardi de Mezingen.[11] S. Lòtoldi de Lòtoldeshusen.[12] S. Herimanni de Bòselingen.[7] S. Adelberti de Wintersbòron.[13] S. Meginfridi de Orsingen.[13] Ròperti de Hadolfingen.[14] S. Adelberti de Werenswilare.[15] S. Regenhardi de Michelenstein.[16]

Ego itaque Werenharius, indignus diaconus et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi (R). Amen.

a. Kann ebenso gut Hugeshem, Rameshem heissen. b. „Tam" von Werenhar nachgetragen. c. Anfangs stand Pulster. Die Correctur rührt von Werenhar her.

Karlsruhe, General-Landesarchiv. — Abdruck: Dümgé, Reg. Bad. 119. — Wirt. Ukbch. I, 330. — Regest: Dümgé l. c. 26. — Stälin II, 318. — Hidber Nr. 1516.

[1] Honstetten, bad. A. Engen, Reute, bad. A. Stockach. [2] Willisau, Nunwil am Baldegger See, Kant. Luzern, Stauffen, bei Zofingen, Kant. Argau. [3] Auggen, bad. A. Müllheim? [4] Bolstern, wirt. OA. Saulgau. [5] Rammsen, Kant. Schaffhausen. B. de R. ist wohl identisch mit Graf Burkhart von Frickingen (Nr. 20), nicht mit Burkhart von Nellenburg. [6] Seitingen, wirt. OA. Tuttlingen. [7] Immendingen, Zimmern, Gottmadingen, Büsslingen, bad. A. Engen. [8] Witlisberg, abgegangen, bad. A. St. Blasien. [9] Gammertingen in Hohenzollern. [10] Donaueschingen. [11] Metzingen, wirt. OA. Urach. [12] Litzelshausen bei Schienen, bad. A. Constanz, eher als Luizhausen, wirt. OA. Ulm. [13] Winterspüren, Orsingen, bad. A. Stockach. [14] Elfingen, Kant. Argau? [15] Wirnsweiler, wirt. OA. Saulgau. [16] Michelstein bei Egisheim, wirt. OA. Spaichingen.

Gut erhaltenes Original Werenhars (vom General-Landesarchiv mir gütigst zur Vergleichung mit Nr. 37 nach Donaueschingen übersandt.)

Aeussere Aufschrift: „Predium Sigefridi de Ruti et fratrum eius." Sigefrid wurde also sowohl nach Honstetten, als auch nach Reute benannt.

37.

Ogoz schenkt an Allerheiligen Güter zu Reute, Honstetten, Stauffen, Hugenshein, Willisau, Hunwil.

1101. April 21. Allerheiligen.

In Christi nomine. Ego Ogoz, divinę credulus voci, qua dantibus dicitur dari, insuper presenti || diffidens instabilitati, trado hereditatem meam ad monasterium, quod est situm in villa, quę dicitur || Scaphhusa, et est constructum in honore sancti Salvatoris et sanctę Marię atque omnium sanctorum, ubi ve || nerabilis Adelbertus gregi Dei preesse dinoscitur. Et hoc est, quod trado quicquid hodierna die habere videor in pago Hegouva in comitatu Lôdewici in locis infra notatis: ze Ruti, ze Hohenstetin; et quicquid in pago Argouve sub comitatu Ődalrici in istis locis: ze Stôfen, ze Hugenshein,[b] ze Willineshôwo, ze Hunnenwilare,[1] hoc est tam terris, quam domibus, mancipiis, casadis, pomariis, pratis, paschuis, molendinis, silvis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, vel quicquid scribi aut nominari potest. Hęc autem omnia de meo jure atque dominio in jus et dominium prefati monasterii transfundo ob remedium animę mee et parentum meorum et omnium fidelium, vivorum atque mortuorum. Si quis vero, quod fieri non credo et quod non[a] opto, ut fiat, hanc cartam traditionis violare et pervertere voluerit, multam, que in carta continetur, componat, hoc est auri uncias X et totidem pondo argenti, et insuper hec traditio omni tempore stabilis et inconvulsa permaneat.

Actum in ęcclesia sancti Salvatoris, anno ab incarnatione Domini MCI., indictione IIII., mense aprili, XI. kalendas maii, luna XVIII., die dominica paschę coram testibus, quorum hic signacula continentur:

Signum Waltonis de Sitin. S. Immonis de Immendingin. S. Gerungi de Cimbern. S. Heinrici de Wihtelperc. S. Adalberti de Gamertingen. S. Guntfridi de Gôtmôtingen. S. Burchardi de Esschingen. S. Burchardi de Rammeshein.[b] S. Eberhardi de Mezzingen. S. Lôtoldi de Lôtoldeshusen. S. Herimanni de Bôselingen. S. Adelberti de Ginteresbôron. S. Megenfridi de Orsingen. Rôperti de Hadolfingin. S. Sige-

fridi de Hohenstetin. S.[c] de Werenswilare. S. Reginhardi de Michelnstein.

Ego itaque Werinherus, indignus diaconus ac monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi. (R). Amen.

a. Von anderer Hand übergeschrieben. b. Kann auch Hugenshem, Rammeshem heissen. c. Name ausgelassen, zu ergänzen „Adelberti" (aus Nr. 36).

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 30. — Neugart, Episcop. Constant II, 579. — Regest: Hidber Nr. 1517.

[1] Huwil, unweit Nunwil, Kant. Luzern. (Es ist nicht etwa Nunnenwilare nach Nr. 36 zu lesen; denn noch im 14. Jahrhundert besass Allerheiligen wirklich Güter sowohl in Nunwil, als in Huwil.) Die übrigen Namen sind sämmtlich in Nr. 36 erklärt. Werinher setzt hier aber irrig Hugenshein in den Argau. Ogoz vergabte also an demselben Tage an Allerheiligen Gemeinbesitz mit seinen Brüdern, und ausserdem sein Privateigenthum, das er an den gleichen Orten besass.

Nicht besonders gut erhaltenes Original Werinhers. (Eine Vergleichung von Nr. 36 und 37 ergab unverkennbar, dass beide von derselben Hand geschrieben sind.)

Aeussere Aufschrift: „Traditio Ogozi."

38.

Konrad von Reute verheisst, mit dem Gute in Reute ohne Willen des Abts und Convents von Allerheiligen nichts thun zu wollen.

(C. 1102—1116.)

Hi sunt testes, qui viderunt et audierunt, quomodo || Cŏnradus de Rŏti,[1] prius accepta pecunia, domno || Adelberto abbati fidem dedit, nil unquam se acturum de || ipso predio ad Rŏti[1] absque voluntate et permissione abbatis et fratrum eius: Diedericus comes de Nellinburch.[2] Ŏdalricus de Liutegerningen.[3] Bertoldus et Bernhardus de Rustinesdorf.[2] Chŏno de Hutiwilare.[2] Adelbero et Cŏndeloch de Nanzingen.[2]

Ego itaque Marcwardus, presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi (R). Amen.

Schaffhausen, Klosterarchiv.

[1] Reute, bad. A. Stockach, vgl. Nr. 44, Anm. 12. [2] Nellenburg, Ristorf, Iettweiler, Nenzingen, bad. A. Stockach. [3] Liggeringen, bad. A. Constanz.

Gut erhaltenes Original Marcwards. (Es ist dieselbe Schrift, wie in allen Urkunden von Allerheiligen, die Marcward als ihren Schreiber nennen.) Auf dasselbe Pergamentblatt geschrieben, auf dem auch Nr. 30 und 31 stehen, und zwar unter Nr. 30. Marcwards datirte Urkunden sind alle zwischen 1102—1106 geschrieben, folglich wohl auch vorstehende.

39.

Herzog Bertold von Zähringen verzichtet auf seine Ansprüche an die von seinem Vater an Graf Eberhart von Nellenburg in Schaffhausen vertauschten Grundstücke.

1102. März 14. Schaffhausen.

Noverit omnium Christi fidelium prudens sollercia, tam presentium quam futurorum, quod comes Heberhardus de Nellinburc[1] cum duce Berhtoldo de Zaringen fecerit quoddam concambium || communi voto, communi consilio deliberatum, dans duci duos mansos in Rinharth[2] pro quodam parvo predio in villa Scafhusen sito, quod, ut foret stabile et firmum, ex utraque parte cum juramento || fidelissime est confirmatum. Deinde fere post quinquaginta annos filius eius, dux Berhtoldus, perverso suorum quorundam consilio voluit paternum testamentum detestari, pervertere, infringere, adnullare. Vo || luit, sed, Deo gratias, Deus et sancta veritas noluit, quippe non est prudentia nec est consilium contra Dominum. Quo cognito, frater eius Gebehardus, Constantiensis episcopus, modo blandiendo monebat, modo minando Dei judicium deterrebat, libere libera voce arguens, coram Deo eum reum fieri sacrilegii, coram hominibus criminis perpetui. Tandem hoc intimo [sermone] contestantis attonitus continuo animi propositum deposuit, sententiam mutavit, suam causam injustam profiteri non erubuit. Hęc mutatio dextere Dei excelsi fuit; inde ab omni fideli spiritu Deo laus et gloria ęternaliter sit. Igitur quia paternam fidem spiritu perfidię, etiam sola prava voluntate videbatur decolorasse, doluit, intimę pęnituit. Quid multis moror? Deo predestinante omnia bona in bonum, in quodam colloquio cum multis nobilibus Scafhusen habito hęc causa, hęc querimonia coram episcopo fuit representata. Tunc dux in presentia omnium publice confessus est, se peccasse, nullam justam causam, nullam justam

racionem habuisse. Et ut comprobaret omnibus in hac re sincerę fidei pignus, coram omnibus in manum episcopi dextram dextrę dedit, cum equipollentia juramenti promisit, paternum testamentum se numquam amplius[a] violaturum, damnaturum, aliquo modo lesurum. Quid plura? Quod abnegavit, quod abdicavit, dictis, factis domino Salvatori dicavit.

Actum in loco ipso Scafhusensi, anno ab incarnatione domini millesimo centesimo II., pridie nonas martii, feria V., luna XIIII., indictione X., in[b] presentia G(ebehardi) Constantiensis episcopi, Adelberti Scafhusensis abbatis, coram testibus hic subnotatis: Signum Berhtoldi comitis de Marstetin.[3] Diethalmi de Tockinburch[4]. S. Ŏdalrici et fratris eius Adelgozi de Manburron.[5] S. Liutoldi de Murchart.[5] S. Eggehardi de Bettewisin.[5] S. Volchmari de Woppenŏe.[5] S. Cŏnradi de Gisingin.[6] S. Cŏnradi et fratris eius Rŏdolfi de Haperch.[7] S. Triutwini de Gresepach.[8] S. Cŏnonis de Berengin.[8] S. Amezonis de Michilnse.[9] S. Eberhardi de Andelvingen.[10] S. Wezilonis de Gandirswilari.[11] S. Otwini de Teggingin.[12] Diethalmi de Evin.[13] S. Liutoldi de Vultirtingin.[13] S. Adilhardi de Chrenchingen.[14] S. Liutoldi de Arhilingen.[14] S. Fridirici de Haginbŏch.[15] S. Bernheri de Wastachingin.[15] S. Volcheri de Stadilhovin.[16] S. Geroldi et Berhtoldi de Witilinchoven.[17] S. Piligrini de Rafsa.[15] S. Berhtoldi et fratris eius Rŏdolfi de Gurtwil.[18] S. Adelberti de Caltenbach.[19] S. Adilgozi de Botstein.[20] S. Adilberonis de Singin.[19] S. Egnolfi de Hasilach.[21]

Ego itaque Gisilbertus, presbiter indignus et monachus sancti Salvatoris, scripsi rogatus et subscripsi (R) feliciter. Amen.

a. „Amplius" ist von Gisilbert übergeschrieben. b. „In" steht auf Rasur.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Regest: Hidber Nr. 1518.

[1] Die Namen der Tauschenden, der Tauschgegenstände und die Zeitangabe beweisen, dass Herzog Bertold den Tausch von 1050 (Nr. 3) angefochten hat, was er nicht als Eigenthümer, sondern nur in seiner Eigenschaft als Vogt der Bamberger Kirche thun konnte. [2] Wald östlich von Schaffhausen, nördlich von Büsingen, südlich vom Herblinger Thal. [3] Marstetten, wirt. OA. Leutkirch. [4] Toggenburg, Kant. St. Gallen. [5] Mammern, am Untersee. Murkhart bei Frauenfeld. Bettenwiesen, Wuppenau, Amt Tobel, Kant. Thurgau. [6] Geisingen, bad. A. Donau-

eschingen. [7] Hachberg (jetzt verdorben Hochburg), bad. A. Emmendingen? [8] Griesbach, Beringen, Kant. Schaffhausen. [9] Bichelsee bei Fischingen, Kant. Thurgau? [10] Andelfingen, Kant. Zürich. [11] Ganterswil an der Thur, Kant. St. Gallen. [12] Deggingen, Oefingen (heisst noch 1297 in einer Donaueschinger Urkunde Evin), Wolterdingen, bad. A. Donaueschingen. [13] Krenkingen, bad. A. Bonndorf. [14] Arlen bei Singen, bad. A. Constanz. [15] Hagenbuch bei Winterthur, Wasterkingen, Rafz bei Eglisau, Kant. Zürich. [16] Stadelhofen, Vorstadt von Zürich. [17] Wittlekofen, bad. A. Bonndorf. [18] Gurtweil, bad. A. Waldshut. [19] Kaltenbach bei Randegg, Singen, bad. A. Constanz. [20] Böttstein bei Zurzach, Kant. Argau. [21] Haslach bei Neunkirch, Kant. Schaffhausen.

Abgeblasstes Original Gisilberts, auf die Rückseite des in Nr. 25 besprochenen Pergamentblattes geschrieben.

Der 14. März 1102 war feria VI, luna XXII.

40.

Eberhart von Metzingen schenkt an Allerheiligen Güter in Bleichstetten.

1102. April 6. Allerheiligen.

In Dei nomine. Ego Eberhardus de Mezzingen,[1] divinę credulus || voci, qua dantibus dicitur dari, insuper prȩsenti diffidens instabilitati, cogitans || incertitudinem rerum transeuntium et desiderans adipisci prȩmium ȩternorum, || cum manu uxoris meȩ Richincȩ et cum filio meo Eberhardo, Bertoldo etiam filio meo assentiente, trado ad monasterium sancti Salvatoris et omnium sanctorum, quod situm est in villa Scafhusa, ubi modo venerabilis abbas Adelbertus, filius meus, gregi Dei prȩesse cernitur, quicquid hodierna die proprietatis supra Alpes[2] habere videor in loco, qui Bleichstetin[3] dicitur, hoc est tam terris, quam domibus, mancipiis, edificiis, areis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, exitibus et regressibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, et quicquid dici aut nominari potest. Omnia videlicet de meo jure et dominio, liberis meis consentientibus, in jus et dominium prefati monasterii ex integro trado atque transfundo pro anima mea et filii mei Eberhardi et pro animabus omnium liberorum meorum et parentum ac fratrum meorum et omnium fidelium defunctorum. Si quis vero, quod fieri non credo et quod Deus avertat, ego ipse aut

ulla opposita persona contra hanc traditionem venire et eam infringere et pervertere temptaverit, irrita fiat eius machinatio, insuper multam, quam carta continet, coactus persolvat, hoc est auri uncias V et argenti pondo totidem, sed et pręsens traditio rata et inconvulsa omni tempore permaneat stipulatione subnixa.

Actum anno dominicę incarnationis millesimo CII., indictione X., mense aprili, VIII. idus[a] eiusdem mensis, die dominica, luna XV., ante ęcclesiam sancti Salvatoris, coram domno Gebehardo episcopo et Adelberto abbate atque multis idoneis testibus, quorum hic nomina et signa sunt subnotata: Signum Eberhardi et filii eius Eberhardi de Mezzingin, qui hanc traditionem fecerunt ac firmaverunt. Signum Manegaldi comitis de Alshusin.[3] S. Theoderici de Nellenburk. S. Werinharii de Chilicheim.[b][4] S. Heinrici de Witilsperc.[5] S. Trudewini de Immindingen.[6] S. Reginhardi de Michilnstein.[7] S. Meginfridi de Orsinga.[8] S. Bertoldi de Witilnchoven.[9] S. Marcwardi de Speichingen.[7] S. Adelberti de Werinswilari.[3] S. Wolferadi de Tötinhoven.[10]

Ego itaque Marcwardus, indignus presbyter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi feliciter (R). Amen. Amen. Amen.

a. Von Marcward übergeschrieben, nicht gut lesbar. b. „Heim" ist abgekürzt übergeschrieben.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Wirt. Urkundenbuch I, 333 (mit 2. April als Datum.) — Regest: Oberrhein. Zeitschrift I, 75. — Hidber Nr. 1519.

[1] Metzingen, Bleichstetten, wirt. OA. Urach. [2] Die Alb (Theil des Jura in Hohenzollern und Wirtenberg). [3] Altshausen, Wirnsweiler, wirt. OA. Saulgau. [4] Kirchheim, wirt. OA. Ehingen. [5] Witlisberg, abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien. [6] Immendingen, bad. A. Engen. [7] Michelstein, wirt. OA. Spaichingen. [8] Orsingen, bad. A. Stockach. [9] Wittlekofen, bad. A. Bonndorf. [10] Tautenhofen, wirt. OA. Leutkirch.

Gut erhaltenes Original Marcwards. Von Marcward ist rückwärts als Aufschrift beigefügt: „DE BLEICHSTETIN".

41.

Paschalis II. fordert die Grossen Schwabens und Baierns auf, die Bischöfe Gebhart von Constanz und Ulrich von Passau und das Kloster Allerheiligen gegen ihre Bedränger zu schirmen.

(1104.) Februar 2. Lateran.

P(aschalis) episcopus, servus servorum Dei, ducibus ac principibus ceterisque tam majoribus quam minoribus || per Sueviam et Bavariam catholicis salutem et apostolicam benedictionem. Dolemus graviter, in provinciis vestris || schismaticorum pravitatem adeo excrevisse, ut Dei servos, viros sanctos, qui pro vestris et totius populi || peccatis divine majestatis misericordiam interpellant, non solum infestare, sed etiam sedibus suis nituntur excludere, ne ullus sit, qui se pro nobis divine indignationi possit opponere. Quorum detestabilis audacia jam eo usque prevaluit, ut gentis vestre luminaria, Dei apostolorumque vicarii Gebehardus Constantiensis atque Odelricus Pataviensis episcopi a suis cathedris exulent. Super hec venerabilem Scaphusensis monasterii locum, specialem apostolorum Petri et Pauli thalamum, sacrilega manu, quod absit, conantur evertere. Cuius persecutionis novum caput asseritur hereticus ille Ar(nold)us), Constantiensis invasor ecclesie[1]. Quem nimirum cum fautoribus, imo patronis suis Heinrico[2] et Ottone[3] sancti spiritus judicio anathematizatum vobis omnibus nuntiamus et per sanctorum apostolorum obedientiam in peccatorum remissionem precipimus, ut huiusmodi hereticos non solum caveatis, sed etiam acerrime impugnetis; supradictos autem fratres et tam Scaphusensis quam ceterorum religiosorum monasteriorum abbates attentissime tueamini, ut et vos apostolice protectionis tutelam divine pietatis gratia mereamini.

Data Laterani IIII. nonas februarii.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Regest: Fickler, Heiligenberg 156. — Hidber Nr. 1509.

[1] Arnold von Heiligenberg, kaiserlicher Gegenbischof von Constanz c. 1086—1104. [2] Heinrich IV. [3] Vermuthlich Otto von Kirchberg, Graf im Linzgau.

Gleichzeitige Copie. Stellenweise fast nicht mehr zu lesen, da sich die Schrift immer mehr losschält.

Das Datum ist nach Giesebrecht, Kaisergeschichte III, 723 (4. Auflage) bestimmt.

42.

Graf Burkhart schenkt an Allerheiligen Besitz in Maienfeld und Malans.

(1105.) März. Maienfeld.

In Christi nomine. Regnante rege nostro Heinricho anno XXXXVIIII. Ego itaque Burchardus comes[1] cum manu advocati mei Widonis pro remedio animę meę dedi ad ecclesiam sancti Salvatoris unam vineam ad Lopine,[2] confinante in ecclesiam sancti Amandi in vico Amelanze,[2] unam vineam confinante in Silva[3] et in via, et uno vinitore nomine Laurentio cum una colonia ad Lopine, confinante in via, et omnia mancipia, quę censum dant, et beneficia, quę Bertold et Friderich et Arnolt[4] habent ad Lopine. Et abbas Adalbertus recepit cum manu advocati sui Tiberii, et Falsicia[5] misit comes in medietate suum proprium in vico Lopine.

Tracta[6] et facta charta ad Lopine, mense martio.

Signatores et testes: Liutfridus. Landulfus. Gilo. Pruningus. Egino. Adelbertus. Ursaldus. Rankeirus. Et ego Olricus testis et vicarius et ego Meraldus hanc chartam scripsi.

Abdruck: Mones Anzeiger VI, 8. — Von Mohr, Cod. diplom. von Graubündten I, 148. — Regest: Oberrhein. Zeitschrift I, 75. — Hidber Nr. 1522.

[1] Von Nellenburg. [2] Maienfeld, Malans, Kant. Graubünden. [3] Selvi, heute noch Flurname in Malans (nach v. Mohr). [4] Schwerlich, wie v. Mohr meint, der Nobilis Arnold von Hiltensweiler. [5] Die bekannte römisch rechtliche Quarta Falcidia. [6] Ueber diesen Ausdruck vgl. Ficker, Beiträge zur Urkundenlehre I, 70.

Ein Original dieser Urkunde ist nicht mehr vorhanden. Ich gebe sie desshalb nach Spleiss, dem seinerseits nicht das wohl schon in frühester Zeit verschwundene Original, sondern eine etwa diesem gleichzeitige Copie und ein Vidimus von 1471 vorlag; vgl. darüber Nr. 34, Schlussbemerkung.

Das Datum bestimme ich nach Stumpfs Reichskanzler.

43.

Graf Burkhart schenkt an Allerheiligen Besitz in Maienfeld.

(1105.) März. Maienfeld.

In Christi nomine. Regnante rege nostro Heinrico anno XXXXVIIII. Ego itaque comes Burchardus cum manu advocati mei Widonis pro remedio animę meę dedi ad ecclesiam sancti Salvatoris omnium medietatem, quę ego habeo ad Lopine, et omnia mancipia, quę censum dant, et beneficia, quę Bertold et Friderich et Arnolt habent ad Lopine. Antepono tantum, quantum cantat prima carta, omnia ex integro in vinitoribus, in vineis, in agris, in pratis, in navibus, in solames,[1] in monte, in plano, in herbis et in folio, a die presente faciendi, quęcunque voluerit. Et hoc recepit abbas Adelbertus cum advocato suo Tiberio. Trajecit et fecit cartam ad Lopine et Falsicia misit in sua medietate mense martio. Et si quis voluerit hoc testamentum rumpere, solvat XX libras de auro et habeat iram sancte trinitatis et omnium sanctorum.

Signatores testes: Raikeirus. Liutfridus. Laudulfus. Ölricus. Gilo. Victor. Egino. Pruningus. Adelbertus. Ursaldus. Et ego Ölricus testis et vicarius et ego Meraldus cancellarius hanc cartam scripsi.

Abdruck: Mone's Anzeiger VI, 9. — Von Mohr, codex diplom. 1, 149. — Regest: Hidber Nr. 1523.

[1] Verdorben aus solameis (solameum ist nach Ducange annonae genus, also wohl Getreidezins oder Zehnten)?

Vgl. Anmerkung zu Nr. 42.

44.

Bertold von Gmünd schenkt an Allerheiligen Güter in Amertsfeld.

1106. März 26. Allerheiligen.

[Ego][a] Bertoldus, cogitans instabil[itatem][a] presentium et desiderans adipisci premium futurorum, trado cum manu uxoris meę Juncilę ad monasterium || [sancti][a] Salvatoris, quod situm est in villa, quę dicitur Scafhusa, || ubi modo venerabilis Adelbertus abbas preesse dinoscitur, tale predium, quale hodierna die habere videor ||

in pago Alpegouve in comitatu Ottonis in loco, qui dicitur Amelgeresfelth,[b] [1] hoc est terris, arcis, edificiis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, vel quicquid dici aut nominari potest. Omnia videlicet ex meo jure atque dominio in jus et dominium predicti monasterii ex integro trado atque transfundo pro salute animę meę et uxoris meę et omnium parentum ac posterorum meorum. Si quis vero, quod fieri non credo et quod Deus avertat, contra hanc traditionem venire et eam infringere temptaverit, multam, quam carta continet, componat, hoc est auri uncias V et argenti pondo totidem, et insuper hęc traditio rata et inconvulsa omni evo permaneat.

Actum in ecclesia sancti Salvatoris, anno ab incarnatione Domini millesimo CVI., indictione XIIII., mense martio, VII. kalendas aprilis, die lunę, luna XVIII., coram idoneis testibus, quorum hic nomina et signacula subscripta sunt: Signum Bertoldi de Gemundi,[2] qui hanc traditionem fecit. Signum Herimanni de Rordorf.[3] Signum Egilolfi de Gamilinchoven.[c] [4] S. Liutprandi[c] de Flachi.[4] S. Heinrici de Hohdorf.[5] S. Eberhardi de Mezzingen.[6] S. Werinheri de Chilichheim.[7] S. Ȯdalrici de Mambȯrron.[8] S. Wecilonis de Ganderswilare.[9] Signum Hildiboldi de Tanneggi.[10] S. Conradi filii eius. S. Bertoldi filii eius. S. Ȯdalrici filii eius.[d] Signum Heinrici de Witilsperk.[11] S. Cȯnradi de Aschach.[10] S. Cȯnradi de Rȯti.[12] S. Sigefridi et Eberhardi, fratrum eius. S. Landoldi de Seolvingen.[13] S. Alberici de Aspisingen.[13] S. Reginhardi de Michilnstein.[14] S. Marcwardi de Spechingen.[14] S. Bertoldi de Aspisingen.[13] S. Rȯperti de Hagunloch.[15] S. Meginfridi de Orsinga.[13]

Ego itaque Marcward, indignus presbyter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi. (R) Amen. Amen Amen.

a. Weggerissene Stellen. b. Loch im Original, doch ist „felth“ deutlich zu erkennen. c. „Ven“ ist von Marcward übergeschrieben, ebenso „Liutprandi“ und h in Hohdorf. d. „Eius“ von Marcward übergeschrieben.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Fickler 31. — Regest: Hidber Nr. 1527.

[1] Amertsfeld bei Grafenhausen, bad. A. Bonndorf. [2] Gmünd an der Schussenmündung, wirt. OA. Tettnang. [3] Rordorf, bad. A. Messkirch. [4] Gamlikon, Flach, Kant. Zürich [5] Hochdorf, wirt. OA. Waldsee. [6] Metzingen, wirt. OA. Urach. [7] Kirchheim, wirt. OA. Ehingen. [8] Mammern, Kant. Thurgau. [9] Ganterswil, Kant. St. Gallen.

[10] Tannegg, bad. A. Bonndorf; Ober-Niedereschach, bad. A. Villingen, vgl. oberrhein. Zeitschrift IX. 200, 213, 219. [11] Witlisberg, abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien. [12] Conrad, Sigefrid und Eberhart sind die in Nr. 36 genannten Brüder von Honstetten, die in der äussern Aufschrift de Ruti genannt werden; folglich ist obiges Röti und Ruti identisch, es ist also Rente, bad. A. Stockach. [13] Seelfingen, bad. A. Ueberlingen; Espasingen, Orsingen, bad. A. Stockach. [14] Michelstein, wirt OA. Spaichingen. [15] Hagelloch, wirt. OA. Herrenberg, wenn nicht etwa verschrieben für Hagunboch (Hagenbuch bei Winterthur).

Abgesehen vom Anfange (das obere linke Eck ist weggerissen) gut erhaltenes Original Marcwards. Aeussere Abschrift von Marcwards Hand: „DE AMILGERISFELTH."

45.

Bertold von Ittingen schenkt an Àllerheiligen ein Gut in Àlosharth mit einem Leibeigenen.

1107. Juni 2. Schaffhausen.

Bertoldus de Ittingen[1] dedit predium in villa Alosharth[2] || cum Manegoldo serviente ad monasterium sancti Salvatoris || et omnium sanctorum eius, quod situm est in villa Scafhusa. Et hi sunt testes, || qui hoc viderunt: Adelbertus comes[3] et advocatus. Cŏno de Seolvingin.[4] Cŏnradus filius eius. Eberhardus, Landoldus filii eius. Arnoldus de Warta.[5] Heinricus de Witilsperk.[6] Adelbero de Wiscilinchoven.[7] Eberhardus de Singen.[8] Sefridus consobrinus Adelberonis de Singen. Adelbertus de Caltenbach.[8] Walthero de Wicen.[9] Liupprandus de Rŏdolfesrith.[10]

Actum in loco Scafhusensi, anno dominice [incarnationis] millesimo CVII., indictione XV., mense junio, IIII. nonas junii, die dominica, luna VII.

Ego itaque Marcwardus, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi. (R)

Zürich, Staatsarchiv. — Abdruck: Hidber, diplomata Helvetica varia (II. Band des Urkundenregisters) 39. — Regest: Hidber Nr. 2859.

[1] Kant. Thurgau. [2] Dürfte, da die Urkunde ursprünglich unter den Illnau betreffenden Archivalien von Allerheiligen lag, ein nunmehr abgegangener Ort bei Illnau, Kant. Zürich sein. [3] Von Mörsberg. [4] Seelfingen, bad. A. Ueberlingen. [5] Wart bei Winterthur, Kant. Zürich. [6] Abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien.

[7] Wislikofen bei Zurzach, Kant. Argau. [8] Singen, Kaltenbach, bad. A. Constanz. [9] Weizen, bad. A. Bonndorf. [10] Ober-Unterrussenried, wirt. OA. Tettnang.

Gut erhaltenes Original Marcwards. Die Abschrift besorgte Professor Meyer von Knonau. Die Vergleichung mit andern Urkunden Marcwards ergab, dass Marcward unzweifelhaft diese Urkunde geschrieben hat.

Der 2. Juni war luna 8.

Aeussere Aufschrift: „Predium Bertholdi de Ittingin."

46.

Arnold von Goldbach schenkt an Allerheiligen Güter, Eisenadern und Leibeigene in Bühlingen.

1108. Juni 6. Nenzingen.

In Dei nomine. Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus scilicet ac futu || ris, qualiter ego Arnoldus de Goltbach[1] cum consensu et manu uxoris || meę Judintę trado per manum Erchinberti de Turriheim[2] ad monasterium || sancti Salvatoris et omnium sanctorum eius, quod situm est in villa Scafhusa, ubi modo venerabilis Adelbertus abbas gregi Dei preesse cernitur, tale predium, quale sibi cum manu uxoris meę delegavi in loco, qui dicitur Bisilingen,[3] in pago Para in comitatu Bertaldi ducis sito. Et hoc est, quod trado: quicquid hodierna die proprietatis in prefato loco Bisilingen habere videor, omnes videlicet venas ferri ibidem sitas, cum mancipiis utriusque sexus, cum terris ac domibus, casadis, pomariis, pratis, pascuis, silvis, viis et inviis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, mobilibus et immobilibus, exitibus et reditibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis ceterisque omnibus, quę quomodocunque nominari vel scribi possunt, utilitatibus. Hęc autem omnia ego et uxor mea per manum Erchinberti de nostro jure atque dominio penitus in jus et dominium prefati monasterii ex integro tradimus atque transfundimus; ea videlicet spe, ut memoria nostri amborum a servis Dei inibi Deo famulantibus, ut monachi apud ipsos professi, in vita et post mortem pleniter agatur, ob remedium quoque animarum parentum ac posterorum nostrorum et omnium fidelium vivorum atque mortuorum. Quemcunque autem super ipsas res abbas advocatum habere voluerit, habeat. Si quis vero, quod fieri non credimus et quod Deus avertat, nos ipsi aut ulla oppo-

sita persona, magna seu parva, contra hanc traditionis cartam a nobis ob amorem Dei et omnium sanctorum eius legaliter factam ullo modo venire eamque aliquo modo pervertere, infringere et annullare temptaverit, usque tercio ammonitus si non correxerit, in primis gratiam domini Salvatoris nostri et omnium sanctorum eius, in quorum honorem prefatum monasterium constructum est, amittat, apostolorum quoque Petri et Pauli ac Romanę ęcclesię pontificis, sub cuius mundiburdio prenominatus sacer locus constitutus est, execrationem et anathema obtineat et insuper multam, quam hęc carta continet, hoc est auri uncias X et argenti pondo totidem coactus componat, sed et presens carta stabilis et inconvulsa omni evo permaneat stipulatione subnixa.

Actum in villa Nanzzingen,[7] anno dominicę incarnationis millesimo CVIII., indictione I.,[a] mense junii, VIII. idus eiusdem mensis, die sabbatho, luna I., coram idoneis testibus, quorum nomina atque signa subscripta sunt: Signum Arnoldi de Goltbach,[1] qui hanc traditionem fecit. Signum Erchinberti de Turriheim,[2] per cuius manum patravit. Signum Ditterici comitis de Nellinburk. Signum Waltonis de Pforrin.[4] S. Arnoldi fratris eius. S. Bertoldi de Lupffun.[5] Signum Adelberonis fratris eius. S. Cǒnradi fratris eius. Signum Cǒnonis de Seolvingen.[1] Signum Cǒnradi filii eius. S. Ǒdalrici de Liutegeringen.[6] S. Ǒdalrici filii eius. Signnm Lǒdewici de Aschach.[3] Signum Cǒnradi fratris eius. S. Adelberti de Fiscbach.[3] S. Alberici et Wolfgeri de Aspisingen.[7]

Ego itaque Marcwardus, iudignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi. (R)

a. I ist von Marcward übergeschrieben.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Regest: Hidber Nr. 1539.

[1] Goldbach, Seelfingen, bad. A. Ueberlingen. Ich vermuthe, dass die Burg Arnolds von Goldbach einfach in den vielbesprochenen Heidenhöhlen daselbst zu suchen ist; denn in Goldbach ist sonst absolut kein Raum für ein selbständig erbautes Herrenhaus oder gar eine Burg vorhanden. Sodann waren alle grössere Räume der Heidenhöhlen, die grösstentheils leider der Strassenanlage weichen mussten, in der Form frühromanischer Gewölbe ausgehauen, ein Umstand, der die beliebte Rückdatirung dieser merkwürdigen Bauten in ihrem jetzigen Zustande in die Heiden-, Römer- oder gar Keltenzeit schlechthin verbietet. Damit soll indess nicht gesagt sein, dass dieselben nicht auch schon vor der Verwendung dieser Höhlen zu einer

mittelalterlichen Burg als Wohnstätten benutzt worden sein können. Eine sehr gut erhaltene derartige Felsenburg, die durch Verwendung und Erweiterung von natürlichen Höhlen entstand, ist die sehenswerthe, sagenumrankte Burg Stein an der Traun unweit des baierischen Chiemsees. [3] Dürrheim, Ober-Niedereschach, Fischbach, bad. A. Villingen. [3] Bühlingen, wirt. OA. Rottweil. Heute noch führt der dort vorüberstreichende Keuper Rotheisenstein. Die Grafschaft der nördlichen Baar, zu der Bühlingen zählte, gehörte bis in das 13. Jahrhundert den direkten Nachkommen des Herzogs Bertold, nämlich den Herzogen von Teck. [4] Pfohren, bad. A. Donaueschingen. [5] Lupfen, wirt. OA. Tuttlingen. [6] Liggeringen, bad. A. Constanz. [7] Nenzingen, Espasingen, bad. A. Stockach.

Gut erhaltenes Original Marcwards.

Aeussere Umschrift (von Marcwards Hand): „De Bisilingen."

47.

Trudewin von Griesbach schenkt an Allerheiligen den Mansus Aschach in Griesbach.

1111. Mai 6. Schaffhausen.

Trudewinus de Grizpach[1] dedit ad monasterium sancti Salvatoris in prefato loco Grizpach mansum unum, qui || Aschach dicitur, cum omni jure pro remedio animę suę atque carissimę uxoris suę Gepe defunctę et pro animabus || parentum suorum. Et hi sunt testes, qui hoc viderunt et audierunt: Ego Trudewin hanc traditionem manu || propria corroboravi. Adelbertus comes de Morisberk,[2] advocatus predicti monasterii, hanc donationem suscepit. Eberhardus de Mezzingen.[3] Eberhardus filius eius. Werinherus de Chilicheim.[4] Hartmôt de Wancheim.[5] Walicho de Tanneggi.[6] Bertoldus frater eius. Gebino frater ipsius.

Actum anno ab incarnatione domini millesimo CXI., epactis XIIII., concurrente VI.,[a] indictione III., II. nonas maii, die sabbati, luna XXV., in loco Scafhuseni (!), coram domino Adelberto abbate et aliis fratribus suis.

Ego igitur Marcwardus, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, rogatus scripsi et subscripsi.

a. VI steht auf Rasur.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Regest: Hidber Nr. 1562.

[1] Griesbach, Kant. Schaffhausen. [2] Mörsberg, Kant. Zürich. [3] Metzingen, wirt. OA. Urach. [4] Kirchheim, wirt. OA. Ehingen. [5] Wankheim, wirt. OA. Tübingen. [6] Tannegg, bad. A. Bonndorf.

Gut erhaltenes Original Marcwards.
Aeussere Aufschrift: „Confirmatio Trutwini de Griezbach."
Das Datum stimmt bis auf die Indiction, denn 1111 war ind. IV, nicht III.

48.

Heinrich V. bestätigt die Freiheiten und Besitzungen Allerheiligens.

1111. September 4. Mainz.

(Chr) In nomine sancte et individue trinitatis Heinricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus ||. Si ecclesiis divino cultui mancipatis et fratribus inibi Deo famulantibus imperialis patrocinii nostri solacium prebuerimus, nos inde procul dubio divinitus remunerari non diffidimus. Quapropter fidelium nostrorum ||, tam presentium quam futurorum, universitas noverit, qualiter reverendus abbas Adelbertus ex monasterio Schafhusa, quod est constructum in honore sancti Salvatoris et omnium sanctorum, privilegia quorumdum venerabilium || Romanorum pontificum, Gregorii videlicet septimi, Urbani atque Paschalis,[1] nostris obtutibus obtulit, imperialem nostram humiliter postulans clementiam, ut, quicquid honoris et gratie illi prefato monasterio apostolicę suę auctoritatis confirmavere privilegiis, hoc imperialis nostre dignitatis corroborare dignaremur preceptis. Igitur rogatu et consilio archiepiscoporum Adelberti Maguntiensis archiepiscopi, Brunonis Treverensis, Frederici Coloniensis et aliorum episcoporum: Burchardi Monasteriensis, Udonis Hildinissemensis, Ebrehardi Eistetensis, Brunonis Spirensis, Cuononis Straszburgensis, Frederici ducis[2] nec non comitum Herimanni de Saxonia,[3] Berengarii de Bawaria,[4] Tibaldi marchionis,[5] Herimanni marchionis[6] aliorumque nostri regni principum eius petitioni annuimus. Quicquid igitur predicto monasterio Ebrehardus comes et Burchardus, filius eius, delegaverunt, villam scilicet Schafhusam cum mercato et moneta, villam quoque Hemmendal[7] cum adjacente foresto, quod vocatur Randa, et appenditiis suis et *cum omnibus, que ei ex predictorum comitum facultatibus seu aliorum fidelium oblatione jam concessa sunt vel in posterum juste et legaliter concedentur,* imperiali

nostra *auctoritate confirmamus. Preterea, ut prefati monasterii fratres sine inquietudine propositum suum valeant securius et propensius exequi et omnipotenti Domino, debite devotionis obsequium gratanter exsolvere, statuimus et* imperiali nostra *auctoritate interdicimus, ut nullus sacerdotum, ducum*[3] *aut comitum aut quelibet magna aut parva persona presumat, sibi in eo loco aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii juris, non advocatie, non investiture, non cuiuslibet potestatis, que libertati monasterii noceat, vendicare, non ornamenta ecclesie sive possessiones invadere, minuere vel alienare, sed ita sil ab omni potestate secura (!) et Romane sedis libertate quietus,* ut in predictorum Romanorum pontificum privilegiis statutum est et confirmatum. *Abbas autem cum fratribus advocatum, quem voluerit, instituat. Qui si postmodum monasterio inutilis fuerit,* abbas cum fratribus, apud regalem[9] justiciam querimonia super eo habita, eius adjutorio et auctoritate illum removeat et alium, quem sibi utilem perspexerit, *preficiat.* **Si que sane deinceps ęcclesiastica secularisve persona, huius** cartę nostrę **paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit,** banno nostro subjaceat et abbati ipsius monasterii pro illatis dampnis dupliciter componat. Ut autem hoc ab omnibus credatur et omni evo inviolabile permaneat, hanc cartam inde conscriptam et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli, ut apparet inferius, jussimus insigniri.

Signum domini Heinrici quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M)

Albertus Maguntinus archiepiscopus et archicancellarius recognovi. (S)

Data II. nonas septembris, anno dominicę incarnationis millesimo CXI., indictione IIII., regnante Heinrico quinto rege Romanorum anno VI., imperante primo.

Actum est Maguntię in Christo feliciter. Amen.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 33. — Regest: Neugart, cod. dipl. II, 118. — Böhmer Nr. 2000. — Stumpf Nr. 3073. — Hidber Nr. 1563.

[1] Paschals Bulle ist nicht mehr vorhanden; sie scheint schon 1120 verloren gewesen zu sein, weil Calixt II. (Nr. 52) sie sonst ebenso wie die Bullen Gregors VII. und Urbans II. genannt hätte. [2] Von Schwaben. [3] Hermann von Winzenburg. [4] Von Sulzbach. [5] Von Vohburg. [6] Von Baden. [7] Hemmenthal, Kant. Schaffhausen (1092 und 1100 an Allerheiligen vergabt, s. Nr. 7 und 34). [8] Man beachte, dass das Wort regum der Vorlage ausgelassen ist! [9] Auch dieses Einschiebsel in die Vorlage ist bezeichnend.

Gut erhaltenes Original, von einer Hand geschrieben. Vom Sigel ist nur noch ein kleines Bruchstück ohne Schrift vorhanden, welches indessen erkennen lässt, dass das Sigel dem bei Heffner Tafel III, Nr. 29 dargestellten entsprochen hat.

Vorlage war wohl die jüngste Pabstbulle, diejenige Paschals II., welche vermuthlich aus einer Zusammensetzung von Nr. 13 und 26 bestand. Weil dieselbe nicht mehr vorhanden ist, bezeichne ich oben die der Vorlage entnommenen Stellen direkt nach Nr. 13 (Cursivschrift) und Nr. 26 (kleinere Lettern). Sollte die Bulle Paschals etwa von der kaiserlichen Kanzlei verschleppt und so für Allerheiligen verloren gegangen sein?

49.

Heinrich V. bestätigt die Freiheiten und Besitzungen Allerheiligens.

1111. September 4. Mainz.

(Chr) In nomine sancte et individue trinitatis Heinricus divina favente clementia Romanorum IIII. imperator et augustus. || Si ecclesiis divino cultui mancipatis et fratribus inibi Deo famulantibus imperialis patrocinii nostri solatium prebuerimus, nos inde procul dubio divinitus remunerari non diffidimus. Quapropter fidelium nostrorum, tam presentium quam futu || rorum, universitas noverit, qualiter *Everhardus* religiosus *comes* de Nellinburcg *venerabile quoddam cenobium apud villam Scaphusam* in suę proprietatis fundo *edificavit et beato Petro oblatum in jus perpetuum et tutelam apostolice sedis* tempore *Gregorii* pape huius nominis VII. absque ullius contradictione contradidit. Igitur *quicquid immunitatis a predicto pontifice* sanctę et apostolicę sedis itemque ipsius successoribus, sanctę Romanę ęcclesię presulibus, videlicet Urbano, Pascale, *ipsi loco* concessum est, *nos quoque concedimus* et lege imperpetuum valitura *corroboramus. Statuimus itaque, ut universa, que prefatus comes et filius eius Burchardus itemque alii* cuiuscunque ordinis viri predicto *cenobio de suis facultatibus contulerunt et quecunque hodie possidet, firma tibi,* reverende abba Adilberte, *tuisque successoribus* ad usum monachorum Deo ibidem servientium in omne tempus *permaneant,* nec tibi ac successoribus tuis liceat, inde quicquam, nisi ex fratrum consilio, in beneficium dare aut milites aliquos creare. *Preterea decreto in* ęternum *mansuro* decernimus, *ut nulli omnino viventium liceat, jam dicto monasterio aliquas proprietatis condiciones, non hereditarii juris, non advocatie, non investiture, non cuiuslibet potes-*

tatis que libertati ac quieti fratrum noceat, vendicare. Abbas sane cum fratribus advocatum, quem sibi utiliorem providerint, instituant. Qui si postmodum inutilis fuerit, imperiali judicio deponatur, et alius utilior futurus ab abbate et fratribus absque ullius contradictiouis scrupulo substituatur. Qui advocatus inpossessionibus sepe dicti monasterii nullam potestatem habeat castellum aliquod vel munitionem edificare neque aliquas hospitationes indebitas aut precarias seu freda vel redibitiones exigere aut palefredos tollere, non secundum advocatum sine permissione abbatis et fratrum ordinare, sed conteutus sit concesso sibi jure et tercia portione earum rerum, que de litium compositionibus fori jure accrescunt. Predia monasterii et mancipia utriusque sexus ad ipsum monasterium pertinentia distrahere, alienare vel in beneficium dare non presumat. Ipsum enim locum Scaphusę cum omni jure, scilicet nundinis, mercato, moneta, naulo, theloneo, villis, vicis, areis, servis, ancillis, tributariis, decimis, forestibus, silvis, venationibus, piscationibus, molendinis, aquis aquarumve decursibus, campis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, ęcclesię ornamentis, vel quicquid ad presens illuc pertinet, ad potestatem et dominium abbatis presentis decreti pagina inconvulsum permanere statuimus: *Cellam sancte Agnetis* in prenominato loco Scafhusensi cum omni jure et sibi attinentibus; *item ecclesiam ad Chilcpercg*[1] et predium Widiloch[2] et Fula[3] cum silva, que dicitur Gartispurch,[3] et uno prato ad Morinshusen[4] sito; item allodia in ambabus *villis Hallaugia superiori et inferiori*[4] et in Guntrammingin[4] predium cum foreste Loufareberch;[4] item apud Renum in Nuwenhusen[4] tresjusjurnalem unum et curtim molendinariam; item cellam sancte Fidis[5] *in locis Gravinhusin et Slöchse et monte Stoufin dictis cum propriis et communibus, propriis dico a Rotinbach usque ad Swarzaha, communibus autem a Swarzaha usque ad medium Albe fluvium; item in pago Prisgaugia predium in Talhusin et in Scalchstetin;*[7] *item villa Nuwenhusin*[8] *cum omnibus pertinentiis suis;* item predium in Öviltingin[9] et in loco Happinmuli[9] tres mansos et tresjusjurnalem unum; item villam Wolvenhusin[10] nec non Remminsheim[10] cum ęcclesia; item predium in Hemmintal[4] cum adjacente foreste, quod vulgo Rando dicitur; item villam Bösingin[4] et Gennarisprunnin[4] cum silvis Rinhart et[4] Bezirloch[11]; item predium in Luppinis[12] cum investitura ęcclesię et advocatia et vinea in Malancis[12]; hęc omnia prefati comites[a] predicto monasterio larga

manu tradiderunt; item allodium Bertholfi de Gimundi[11] et uxoris eius Junzilę Amilgerisfelt,[13] cuius termini sunt in dextra parte a ponte,[14] qui vicinus est Magno lapide usque ad Salices, in sinistra vero parte a Sancto fonte usque ad ripam Baldishusin,[15] huius superiora tendunt usque ad ortum fluvii Metimę,[16] et eius occidentalis plaga est ab ipso fonte Metimę usque ad predictas Salices, et predium eorundem in Wilare;[17] item predium Waltheri, Birhtilonis et Eberhardi fratris eius in Berowa[17]; item predium Geroldi et Ernist in Witilinchovin et Valischin;[17] item cellam sancte Marie in fundo Waginhusin,[18] que pro querimonia predicti abbatis in plena curia Maguntię coram nobis et principibus regni data sententia, quia a Constantiense episcopo Gebehardo contra justitiam ablata fuerat, confirmata est; item allodia Adilberti Williheris[19] et Isinhartis nec non investitura ecclesie in Siggun[19] cum omnibus appendiciis; item predium Gepun de Wiehtilsperch[20] in Griesingin[21] cum investitura ęcclesię; item predium Bernhardi et uxoris Berthę in Seegga cum lacu Titunse[22]; item Gerungi et Waltheri predium in Wizin[17] cum ecclesia. Has et ceteras eiusdem monasterii possessiones locumque ipsum nulli personę parvę aut magnę, cuiuscunque sit dignitatis et ordinis, *liceat temerarie perturbare et eius res auferre, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura.* Si quis vero temerarius hanc privilegii paginam sciens, (contra eam) venire temptaverit, C libras auri componat, cuius pars media prenominato monasterio, pars altera fisco nostro inferatur. Et ut hęc rata et inconvulsa omni deinceps tempore permaneant, hanc inde kartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri jussimus manuque propria, ut infra (apparet), corroborantes, qui presentes aderant testes, subternotari fecimus, quorum nomina sunt hec: Adilbertus Maguntinensis archiepiscopus. Bruno Treverensis. Fridericus Coloniensis et alii episcopi: Burchardus Monasteriensis, Uno Hildinisheimensis, Eberhardus Eichstetensis, Bruno Spirensis, Cŏno Strazburgensis. Fridericus dux nec non Hermannus comes de Saxonia, Beringarius de Bawaria, Tibaldus marchio, Hermannus marchio[23] et ceteri quam plures.

Signum Heinrici quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M)

Albertus Moguntinus archiepiscopus et archicancellarius recognovit.

Data II. nonas septembris anno dominicę incarnationis MCXI., indictione IIII., regnante Heinrico IIII. rege Romanorum anno VI., imperante I. Actum est Maguntie in Christo feliciter. Amen.

(S)

a. „Pref. com." ist doppelt geschrieben.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 99. — Regest: Stumpf Nr. 3074. — Hidber Nr. 1564 (und II. Band, pag. LVI).

[1] Kirchberg, Büsingen, bad. Enclave im Kant. Schaffhausen. [2] Widloch, Garsburg in nächster Nähe von Schaffhausen. [3] Fulach, abgegangen, lag bei Schaffhausen. [4] Merishausen, Ober-Unterhallau, Guntmadingen, Laufenberg, Neuhausen, Hemmenthal, Randen, Gönnersbrunn, Reinhart, Kant. Schaffhausen. [5] Aelteste Erwähnung dieser Zelle. [6] Vgl. Nr. 26, Anm. 4—6. [7] Thalhausen, Schallstadt, bad. A. Freiburg i./Br. [8] Da Neuhausen am Rhein schon genannt ist, nicht etwa Neuhausen, bad. A. Engen, sondern Neuhausen ob Eck, wirt. OA. Tuttlingen, denn an diesem Orte war Allerheiligen nach gütiger Mittheilung des Archivraths Dr. Stälin in Stuttgart noch im 16. Jahrhundert begütert, namentlich besass es dort den Kirchensatz. [9] Ober-Unteruhldingen, Happenmühle, bad. A. Ueberlingen. [10] Wolfenhausen, Remmingsheim, wirt. OA. Rottenburg. [11] Dieser Waldname scheint nicht erhalten. [12] Maienfeld, Malans, s. darüber Nr. 42 und 43. [13] S. Nr. 44. [14] Die hier angegebenen Grenzen sind nicht mehr festzustellen, denn wir kennen die Brücke, den grossen Stein, die Weiden, den Heiligenbrunn nicht mehr. [15] Balzhausen, bad. A. Bonndorf. [16] Die Metma entspringt westlich von Balzhausen. [17] Weilerhof bei Riedern, Berau, Wittlekofen mit Welschhof, Weizen, bad. A. Bonndorf. [18] Wagenhausen, Kant. Thurgau. [19] Willatz, Eisenbarz, Siggen, wirt. OA. Wangen. [20] Witlisberg, abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien. [21] Ober-Untergriesingen, wirt. OA. Ehingen. [22] Saig, Tittisee, bad. A. Neustadt. [23] Vgl. über diese Zeugen Nr. 48.

Gut erhaltenes Original, von anderer Hand geschrieben, als Nr. 48. Das Sigel ist abgefallen.

Stumpf und Hidber bestreiten die Echtheit dieser Urkunde. Die äussere Erscheinung derselben aber scheint durchaus unverdächtig, sodann diente sie schon nach einigen Jahren wieder als Vorlage eines neuen Schirmbriefes Heinrichs V. für Allerheiligen, was undenkbar wäre, falls Allerheiligen sie unterschoben hätte. Die Ausfertigung zweier Urkunden für denselben Empfänger an demselben Tage dürfte sich also erklären lassen: Allerheiligen war mit Nr. 48, weil zu wenig besagend, nicht zufrieden und erwirkte die Ausstellung einer neuen Urkunde, die namentlich die Rechte des Vogtes (bei der gewalttbätigen Natur Graf Adelberts von Mörsberg eine sehr wichtige Sache für das Kloster, vgl. Nr. 60 und Anhang Nr. 20) und die bedeutendsten Besitzungen von Allerheiligen einzeln aufnahm. Das neue Privileg

wurde natürlich nicht am 4. September 1111 ausgestellt, sondern ist nachträgliche Beurkundung mit Beibehalt des Tages des zuerst gegebenen Schirmbriefes, und zwar kann dasselbe nicht vor dem 22. April 1112 geschrieben sein, weil es auch der Besitzung in Wilare gedenkt, die erst an diesem Tage an Allerheiligen vergabt wurde (Nr. 50). Als Vorlagen dienten Nr. 48 und Nr. 26. Das aus jener entnommene ist oben durch kleinere Lettern, das der letztern entlehnte durch liegende Schrift hervorgehoben.

Aeussere Aufschrift: „Privilegium Heinrici IIII. imperatoris."

Vorhanden ist die Urkunde auch in einer gleichzeitigen Copie, in einem Vidimus Heinrichs VIII. von 1309 (daraus Ficklers Abdruck) und in einem Vidimus dieses Vidimus vom Constanzer bischöflichen Officiale aus dem 15. Jahrhunderte.

50.

Bertold von Gmünd gibt Allerheiligen sein Eigenthum in Weilerhof und Liutprand von Rudenweiler sein Eigenthum in Rudenweiler und Dentenweiler.

1112. April 22. Allerheiligen.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus et futuris, qualiter ego Bertoldus de || Giemundi[a] [1] cum manu uxoris meę Juncile trado ad monasterium sancti Salvatoris et || omnium sanctorum eius, quod situm est in villa Scafhusa, ubi hodierna die venerabilis || Adelbertus gregi Dei preesse cernitur, quicquid proprietatis habere videor in loco, qui Wilare[2] dicitur, cum omni jure et utilitate, id est, cum terris ac domibus, mancipiis, casadis, agris, pratis, pascuis, silvis, molendinis, aquis aquarumve exitibus, viis et inviis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, mobilibus, vel quicquid ullo modo dici aut scribi potest. Ipsum vero predium in pago Albigouve in comitatu Bertoldi situm est. Hii sunt testes, qui hanc traditionem viderunt et audiverunt: Arnoldus de Goltbach.[3] Eberhardus de Mezzingen.[4] Werinherus de Chilicheim.[5] Arnoldus de Hiltiniswilare.[6] Arnoldus de Pforrin.[7] Cŏnradus de Gisingen.[7] Burchardus de Tengin.[8] Swiggerus de Gundilvingen.[9] Eberhardus de Terginowa.[10] Gerhardus de Volkhartswilare.[11] Cŏnradus de Rŏti.[11] Sigefridus et Eberhardus fratres eius. Reginhardus de Michilstein.[12] Liupoldus de Ilnowa.[13] Marquardus de Speichingen.[12] Liutprandus de Rŏdenwilare.[b] [6]

Actum in villa Scafhusa in monasterio sancti Salvatoris anno

dominicę incarnationis millesimo CXII., indictione V., epactis XX., concurrente X., kalendas mai, feria II., luna XXII.

Prescripta etiam die coram prefatis testibus in eodem loco Liutprandus de Rŏdenwilare[6] tradidit ad monasterium sancti Salvatoris, quicquid in comitatu ad Pacinhoven[14] proprietatis habere videbatur in predicta villa Rŏdinwilare et in villa Tentinwilare[6] hoc est terris et mancipiis, curtificiis et domibus, agris, pratis, pascuis, silvis, molendinis, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, mobilibus et immobilibus, vel quicquid aliqua utilitate dici aut adinveniri potest. Has ergo res dedit predictus Liutprandus pro remedio animę suę et fratris sui Engilscalci et filii ipsius Burchardi noviter defuncti, qui sibi eadem predia jure hereditario reliquit et ad prefatum monasterium donari rogavit.

Ego itaque Marchwardus, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, has cartas rogatus scripsi et subscripsi feliciter. (R)

a. Von Marcward übergeschrieben. b. „Lare" von Marcward übergeschrieben.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 35. — Regest: Hidber Nr. 1572 und 1573.

[1] Gmünd, wirt. OA. Tettnang. [2] Weilerhof bei Riedern, bad. A. Bonndorf. [3] Goldbach, bad. A. Ueberlingen. [4] Metzingen, wirt. OA. Urach. [5] Kirchheim, wirt. OA. Ehingen. [6] Hiltensweiler, Rudenweiler, Dentenweiler, wirt. OA. Tettnang. [7] Pfohren, Geisingen, bad. A. Donaueschingen. [8] Thengen, bad. A. Engen. [9] Gundelfingen, wirt. OA. Münsingen. [10] Degernau, bad. A. Waldshut? [11] Volkertsweiler, Reute, bad. A. Stockach. [12] Michelstein, wirt. OA. Spaichingen. [13] Illnau, Kant. Zürich. [14] Vermuthlich Neuravensburg, wirt. OA. Wangen, s. Meyer von Knonau, Ekkeharti casus s. Galli (St. Galler Mittheilungen XV, 460).

Gut erhaltenes Original Marcwards.

Aeussere Aufschrift (von Marcwards Hand): „Traditio Berhtoldi de Giemundi."

51.

Die Schwestern Irmingart und Hadewich schenken Allerheiligen ihr Gut und einen Theil der Kirche zu Hausen.

1112. Juni 12. Schaffhausen.

Notum sit cunctis Christi fidelibus, quod Irmingart et Hadewich soror eius tradiderunt ad mo || nasterium sancti Salvatoris tale

predium, quale habere videbantur in comitatu Hartmanni in loco, || qui Husin[1] dicitur, cum omni jure et utilitate et partem ęcclesię eiusdem loci cum omni pertinentia sua. || Perfecerunt autem hanc traditionem cum manu Eberhardi, patrui et legitimi advocati sui, pro remedio animarum suarum et parentum suorum et fratrum suorum et omnium propinquorum suorum coram asscriptis testibus: Adelbertus comes de Chŏiburk.[2] Arnoldus de Hiltiniswilare.[3] Trudewinus de Grizpach.[4] Adelgoz de Werra.[5] Wecil de Hardirin.[6] Liutold de Wangin.[7] Marcwart de Rŏmilang.[1] Bernhart de Loningen.[4] Egilolf et Gerunch de Bounhoven.[3] Ŏdalrich de Stetin.[4] Chŏno de Beringen.[4] Guntherus de Ergoltingen.[4]

Actum in loco Scafhusensi anno dominice (incarnationis) millesimo CXII., indictione V., epactis XX., concurrente I., I. idus junii, feria IIII., luna XIII.

Ego igitur Marcwardus, indignus presbiter et monachus sancti Salvatoris, hanc cartam scripsi et subscripsi.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Hidber, Dipl. Helvetica varia 40. — Regest: Hidber Nr. 1574.

[1] Hausen bei Andelfingen, Rümlang bei Regensberg, Kant. Zürich. [2] Kiburg, Ad. v. Ch. ist zweifelsohne identisch mit dem Allerheiliger Vogte Adalbert von Mörsberg. [3] Hiltensweiler, Bunkhofen, wirt. OA. Tettnang. [4] Griesbach, Löhningen, Stetten, Beringen, Ergoltingen, Kant. Schaffhausen. [5] Wehr, bad. A. Säckingen. [6] Herdern, Kant. Thurgau oder Herdern, bad. A. Waldshut. [7] Wangen, bad. A. Constanz.

Gut erhaltenes Original Marcwards, auf der Rückseite von Nr. 50 geschrieben.

52.

Calixt II. bestätigt die Freiheiten Allerheiligens.

1120. Januar 3. Clugny.

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Alberto, Scaphusensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis || in perpetuum. Commissi nobis officii nos hortatur auctoritas pro ęcclesiarum statu satagere et, quę recte statuta sunt, stabilire. Proinde, fili in Christo karissime

Alberte abba, tuis per karissimum fratrem Bru || nonem, Treverensem archiepiscopum, (perlatis) petitionibus annuendum censimus, ut venerabile Salvatoris monasterium, cui Deo auctore presides, quod videlicet ab Everhardo quondam comite apud villam Scaphusam sub hono || re omnium sanctorum edificatum et beato Petro in jus perpetuum oblatum est, ad exemplar predecessorum nostrorum sanctę memorię Gregorii septimi et Urbani sęcundi, pontificum Romanorum, apostolicę sedis privilegio muniremus. Per presentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quęcunque possessiones, quęcunque bona eidem monasterio vel a predicto Everhardo sive Burchardo comitibus vel ab aliis fidelibus de suo jure oblata sunt, aut in futurum, Domino largiente, offerri vel quibuslibet justis modis acquiri contigerit (!), firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat prefatum cenobium temere perturbare vel eius possessiones seu res ceteras anferre, ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris sęcundum beati Benedicti[a] regulam elegerint. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum et cetera ad episcopale officium pertinentia ab episcopo Constansiensi, in cuius estis diocesi, accipietis, si tamen catholicus est et gratiam et communionem apostolicę sedis habuerit, *et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere.* Alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem et ab eo consecrationum sacramenta suscipere. Sepulturam quoque ipsius monasterii liberam omnino esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremę voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Sane cellas beatę Agnetis in Scaphusa et beatę Marię in Guachinhusin[1] occasione qualibet a monasterii vestri proprietate per te vel successores tuos vel per quemlibet alium subtrahi vel alienari et earum bona temere aut violenter imminui penitus prohibemus, et si qua forte ablata sunt, sub divini obtestatione judicii reddi precipimus. Mansuro preterea in perpetuum decreto sancimus, ut nulli omnino viventium liceat in vestro monasterio aliquas proprietatis condiciones, non hereditarii juris, non advocatię, non investiturę neque cuiuslibet potestatis, quę libertati et quieti fratrum noceat, vendicare. Sed abbas cum fratribus advocatum sibi, quem perspexerit utiliorem, instituat et, si oportuerit, amoto eo, alium iterum providebit. Laicos seu

clericos secularitor viventes ad conversionem suscipere nullius episcopi seu prepositi con(tra)dictio vos inhibeat. Porro decimas, que a laicis detinentur, pertinentes ęcclesiis, quas habetis vel habebitis, si eas recuperare, annuente Domino, potueritis, vestris perpetuo usibus mancipandas absque omni episcoporum contradictione censemus, salva episcopali reuerentia. Illud etiam capitulo presenti subjungimus, ut nulli episcoporum facultas sit, sine Romani pontificis licentia loca vestra vel monachos interdictioni vel excommunicationi subjicere. Ad indicium autem perceptę a Romana ęcclesia libertatis auri unciam quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua igitur deinceps ęcclesiastica secularisve persona, huius privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat atque a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini redemtoris nostri Jesu Christi aliena fiat et in extremo examine districtę ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum judicem premia ęternę pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(C) Ego Calixtus catholicę ecclesie episcopus (subscripsi). (M)

Datum Cluniaci per manum Crisogoni, sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis ac bibliothecarii. II. nonas januarii, indictione XIII., incarnationis dominicę anno MCXX., pontificatus autem domni Calixti secundi pape anno primo.

a. Von hier an wird die Tinte des Originals schwärzer.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Eccard, Corp. histor. II, 299 (aus Udalrichs codex Bambergensis). — Regest: Jaffé Nr. 4974. — Jaffé, Bibl. German. V. 10. — Fickler 38. — Hidber Nr. 1598.

[1] Wagenhausen, Kant. Thurgau.

Gut erhaltenes Original von einer Hand geschrieben. Nur Circulus, Monogramm und die Unterschrift des Pabstes zeigen andere Schriftzüge, rühren also wohl von Calixt II. selbst her. An rother und violetter Seidenschnur hängt das Bleisigel des Pabstes. Die Legende des Circulus lautet: „Firmamentum est Dominus timentibus eum." Vorlagen sind Nr. 13 und 26; das aus ersterer entnommene ist oben mit liegender Schrift, das der letztern entlehnte durch kleinern Druck kenntlich gemacht.

Im Schaffhauser Staatsarchive ist ausserdem noch eine gleichzeitige Copie dieser Bulle vorhanden.

53.

Calixt II. befiehlt dem Bischof von Constanz, Allerheiligen das entfremdete Gut Tutos zurückzugeben.

(1120.) Januar 3. Clugny.

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Ŏ(dalrico) episcopo et canonicis Constantiensis[a] ęcclesię salutem et apostolicam benedictionem. Scafhusenses fratres agitatam diu querimoniam repetere non desistunt. Conqueruntur enim, quod predium a Tòtone[1] illo eis oblatum per violentiam auferatis. Precipimus ergo dilectioni vestre, ut eis aut predium ipsum in pace et quiete reddatis aut, si quid in eo juris habere confiditis, oportuno loco et tempore ad exequendam justiciam veniatis. Verumtamen[b] illud nobis honestius et utilius videretur, si quisque, quod suum est, sine scandalo et sicut fratres condecet, obtineret.[c] Etsi enim Tŏto ille[d] in apostasiam lapsus sit et contra honorem Dei et salutem animę suę retrorsum abierit, nulla tamen ratione permittitur, ut ea, quę libere ac sponte obtulerat, debuerit abstulisse.

Data Cluniaci III. nonas januarii.

Schaffhausen, Ministerialbibliothek. — Regest: Jaffé Nr. 4973. — Hidber Nr. 1599.

Copie des 12. Jahrhunderts im Cod. 55, daraus Abdruck bei Neugart, Cod. dipl. II, 46. Eine zweite Copie dieses Schreibens enthält Udalrichs codex Bambergensis, daraus Abdruck bei Eccard, Corp. hist. II, 299, Nr. 300. — Jaffé, Bibl. German. V, 365. Letztere Copie hat folgende Abweichungen von obigem Texte: a. Sanctæ Constanciensis. b. Veruntamen. c. Optineret. d. Etsi N. ille.

[1] S. darüber Nr. 9, 10 und Anhang.

Das Datum ist nach Jaffé bestimmt, ebenso in Nr. 54.

54.

Calixt II. kündigt Allerheiligen die Ausfertigung seiner Freiheitsbulle an und meldet zugleich, an den Bischof Udalrich von Constanz wegen Tutos Gut geschrieben zu haben.

(1120.) Januar 14. Maçon.

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A(delberto), Scafhusensi abbati, et eius fratribus salutem et apostolicam

benedictionem. Suggerentibus nobis venerabili fratre nostro B(runone), Treverensi archiepiscopo, et Hu(gone)[1] scolastico, ęcclesiam vestram et bona eius in beati Petri tutelam et protectionem suscipientes scriptorum nostrorum[2] munimine roboravimus et venerabili fratri nostro Ŏ(dalrico), Constantiensi episcopo, super ea, que inter eum et vos agitur, querimonia literas misimus. Idcirco nobis minus competens visum est, vestrę iterum ęcclesię per fratrem vestrum M.[3] privilegium destinare aut alias de eadem querimonia literas replicare. Illud autem omnino petimus et rogamus, ut pro nobis et pro catholice ęcclesię unitate orationes ad Deum assiduas effundatis et in illa, quę Christus est, unitate attentius maneatis. Rogamus etiam, sicut aliis jam literis rogavimus, ut nobis unum ex vestris fratribus dirigatis, qui et Teutonicam linguam noverit et Latinam.

Data Matiscone XVIIII. kalendas februarii.

Schaffhausen, Ministerialbibliothek. — Copie des 12. Jahrhunderts in Cod. 55, daraus Abdruck: Neugart, Cod. dipl. II, 46. — Regest: Jaffé Nr. 4980. — Hidber Nr. 1600.

[1] Etwa Hugo von St. Victor? [2] Gemeint ist wohl Nr 52. [3] Etwa Marcwart, der oben oft genannte Schreiber von Urkunden und zugleich Prior von Allerheiligen?

55.

Erzbischof Adelbert von Mainz bietet seine Vermittlung im Streite zwischen Allerheiligen und dem Constanzer Bischofe über Wagenhausen an.

(1120. Anfang des Jahres.)

Adelbertus, Dei gratia Moguntinensis ęcclesię servus et apostolicę sedis legatus, dilecto et in Christo venerabili A(dalberto), abbati de Scafhusis, cum omnibus sibi commissis intimę affectum dilectionis, orationis et servitutis. Gloria in excelsis Deo super ineffabili eius gratię dono, quia Christi bonus odor estis in omni loco, dum elucens in vobis totius secular religionis ubique terrarum ad laudes Domini annuntiatur creatoris. Unde specialiter ac singulariter gaudemus de vobis, quia gloria nostra ante Deum et homines estis. Coram Deo itaque in Christo vobis loquimur, quia omni affectu et

devotione voluntati vestrę prompti ac parati sumus nostre servitutis effectu respondere et satisfacere. Sane de controversia, que inter vos et dominum Constantiensem de loco, qui Waginhusin[1] dicitur, jam diu protracta est, multum dolemus, quia magis connecti vos in vinculo pacis optaremus. Quę res, quia sepe jam ad nos est perlata et nunquam determinata, rogamus, ut ad proximam curiam aliquos de fratribus vestris[a] ad nos mittatis, et in presentia episcoporum et abbatum aliorumque Deum timentium, Domino juvante, congruum huic rei imponamus terminum; sin autem ibi non potuerit diffiniri, datis ex nostra parte legatis, facta synodo generali, judiciario ordine, eis audientibus, possit congrua examinatione terminari. Valete!

a. Hs. „nostris."

Schaffhausen, Ministerialbibliothek. — Copie des 12. Jahrhunderts in Cod. 55, daraus Abdruck bei Neugart, Cod. dipl. II, 52. — Regest: Will, Mainzer Regesten 268, Nr. 120.

[1] Wagenhausen, Kant. Thurgau.

Weil Calixt II. in Nr. 53 die Kirche Constanz eventuell zur Geltendmachung ihrer Ansprüche auf Wagenhausen vor Gericht auffordert, glaube ich, dass derselbe gleichzeitig auch an den Mainzer Erzbischof, der in dieser Sache nach seiner eigenen Angabe schon gehandelt hatte, als seinen Legaten eine entsprechende Weisung ergehen liess, und nehme desshalb an, vorstehendes Schreiben sei nicht allzu lange nach dem 3. Januar 1120 abgefasst worden.

56.

Calixt II. bestätigt die Freiheiten und Besitzungen Allerheiligens.

(1120—1124.)

Kalixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Adilberto, Scaphusensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Cum ex apostolice sedis auctoritate ac benivolencia universis sancte ecclesie filiis aures accomodare debeamus, illis tamen locis atque personis, que (!) specialius ac familiarius Romane ecclesie adherere videmus, (propensiori nos convenit caritatis studio imminere).[a] Quapropter, fili in Christo karissime, Adilberte abba, *tuis tuorumque fratrum justis peticionibus annuentes atque predecessorum nostrorum pie memorie Gregorii VII.*, Urbani II. *privilegiorum formam sequentes* Salvatoris venerabile *cenobium in*

villa Scaphusa de Eberhardo comite de Nellinburc *in honore omnium sanctorum constructum* et in jus perpetuum beato Petro oblatum et tutelam apostolicę sedis, *sicut predicti nostri predecessor*es *susceper*unt, *et nos suscipimus, et quicquid eidem cenobio concess*erunt, *huius nostri decreti pagina concedimus atque corroboramus.* Statuimus itaque apostolica auctoritate, ut universa, que prefatus comes Eberhardus et filius eius Burchardus ecclesie vestre in dotem et possessionem delegaverunt, ipsum scilicet locum Scaphusin cum omni jure, ecclesiam ad Chilchperc[1] cum omnibus decimis ad eam pertinentibus, item in pago Clecgouve in villis Hallaugia superiori et inferiori predia, item in pago Priscaugia predium in locis Talhusin et Schalcstetin, item allodium in Lupinis cum investitura ecclesie et advocatia et trium mansorum decimationes et vineam in Malanzis cum decimis, item in Nigra Silva cellam in locis Gravenhusin et Slůchse et monte Stôphin dictis cum propriis et communibus, propriis a Rötinbach usque ad Svarza, communibus autem a Svarza usque ad medium Albe fluvium, item decimas in Rettinbôch[2] et in prenominato loco Gravenhusin, item villam Nuwenhusin cum ecclesia et decimis ad eam pertinentibus, item allodia Widiloch,[3] Heseliloch et Fula,[4] item predium in Guntramingen[3] et in Núwenhusen[3] apud Renum tres mansos et tresjusjurnalem unum et curtim molendinariam, item predium in Ŏwoltingen et in loco Hapinmúli[5] tres mansos et tresjusjurnalem unum et molendinum, item villam Wolvenhusen[6] et in ea ecclesiam sitam cum omnibus decimis ad eam pertinentibus nec non in Remmingishein[6] ecclesiam cum omnibus decimis suis, item predium in Heimtal[3] cum ecclesia et decimis ad eam pertinentibus, item predium in Wizin[7] cum ecclesia, item predium Ernist in Nezilwanch[5] cum ecclesia, item predium Adilberti Willihers et Misinhartis cum ecclesia et in Siggun[8] investituram ecclesie cum omnibus appenditiis, vel quicquid alii quilibet fideles prefato monasterio de suis facultatibus contulerunt, et quecunque hodie possidet sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium juste poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus atque illibata permaneant. Preterea decreto in eternum mansuro sancimus, ut nulli omnino viventi liceat in vestro monasterio aliquas conditiones proprietatis, non hereditarii juris, non advocacie, non investiture, non cuiuslibet potestatis, que libertati et quieti fratrum noceat, vendicare. Abbas sane cum fratribus advocatum sibi, quem utiliorem providerint, instituant. Quod si postmodum inutilis fuerit, remoto eo, alium preficiant. Porro decimas, que a laicis detinentur, pertinentes ecclesiis, quas habetis vel habebitis, si eas recupe-

rare, annuente Domino, potueritis, vestris perpetuo usibus mancipandas, nullius episcopi vel prepositi contradictio inhibeat. Ad hec adicimus, ut nulli episcoporum facultas sit, sine Romani pontificis licentia loca vestra vel monachos interdictioni vel excommunicationi subicere. Nulli omnino hominum liceat sepedictum monasterium temere perturbare vel eius possessiones seu res ceteras auferre, ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem percepte a Romana ecclesia libertatis auri unciam quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si qua sane deinceps ecclesiastica secularisve persona, *huius nostri privilegii paginam sciens, contra eam temere venire et eorum, que concessa vel statuta sunt, quicquam irritum facere temptaverit, secundo*[b] *et tercio commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, eterno se anathemate innodatam et a corpore* et sanguine *Christi et ecclesie auctoritate potestatis apostolice segregatam cognoscat.*

a. Mit Sicherheit lässt sich dieser Schlusssatz aus der Vorlage (Nr. 2) ergänzen. b. Hs. „sed", aus der Vorlage (Nr. 13) ergibt sich secundo.

Schaffhausen, Staatsarchiv.

[1] Die Erklärung der folgenden Orte, s. Nr. 26. [2] Raitenbuch, bad. A. Neustadt. [3] Widloch, Guntmadingen, Neuhausen, Hemmenthal, Kant. Schaffhausen. [4] Hasiloch Fulach, abgegangen, sie lagen nordöstlich in nächster Nähe von Schaffhausen. [5] Ober-Unteruhldingen, Happenmühle, Nesselwangen, bad. A. Ueberlingen. [6] Wolfenhausen, Remmingsheim, wirt. OA. Rottenburg. [7] Weizen, bad. A. Bonndorf. [8] Willatz, Eisenhartz, Siggen, wirt. OA. Wangen.

Das Original dieser Bulle ist verloren, sie ist nur erhalten in einer sehr schön, aber inhaltlich etwas nachlässig geschriebenen Copie des angehenden 13. Jahrhunderts, die einem Copialbuch angehört, das dereinst, wie es scheint, sämmtliche Allerheiliger Pabstbullen bis zum Schlusse des 12. Jahrhunderts umfasst hat, von dem aber nunmehr nur noch das Ende erhalten ist. Dasselbe enthält den Schluss von Nr. 52, sodann obige Bulle und die Alexanders III. von 1179. Von dieser Copie wurde wieder eine ebenfalls noch vorhandene Abschrift im 14. Jahrhundert genommen.

Vorlagen dieser Bulle waren Nr. 13, 26 und 52; das aus ersterer entlehnte ist durch liegende Schrift, das aus der zweiten genommene durch kleinere Lettern, das der dritten angehörige durch fettere Schrift kenntlich gemacht.

Der Copist hat das Datum der Bulle weggelassen; wir können desshalb nur sagen, dass dieselbe zwischen 1120—1124 (Calixt II. † 13./14. Dez. 1124) gegeben sein muss.

57.

Abt Adelbert von Allerheiligen meldet Calixt II. die Vergewaltigung von Schaffhausen durch den Zähringer Conrad.

(1120. Februar 23.—April 18.)

Domno pape Kalixto, sanctorum apostolorum in ipsorum auctoritate ac pietate successori dignissimo, frater A(delbertus), Scafhusensis cenobii provisor indignus, cum cunctis sibi subjectis promptam orationum instantiam et fidelis obedientię devotionem. Benedictus Deus pater omnipotens, qui vos, Deo digne apostolice, huic nostro occiduo sęculo, omnibus sceleribus perdito, quasi aureum sidus predestinavit, ut per apostolicam auctoritatem sitis asylum pauperum, spes humilium, contritio superborum. Licet enim ad sanctam Romanam ęcclesiam pertineat omnium ęcclesiarum dispensatio, his tamen locis maxime pervigili cura adesse debet, quę sub eius tutelam specialius commissę sunt. Unde, quia locus noster temporibus sancti Leonis pape noni per ipsum quidem divino cultui sua est consecratione initiatus, a succedentibus vero pontificibus Gregorio, Urbano, Pascali, sicuti etiam per vestram sanctitatem preclaris est privilegiis confirmatus et communitus, ideo sanctam Romanam ęcclesiam (!) lacrimabilem desolationem, quę nobis his accidit diebus, silere non audemus. Quidam enim dominus nomine Cŏnradus, puer adolescens, Bertoldi ducis filius, in vigilia sancti Mathie apostoli locum sancti Salvatoris armata manu aggressus, satis valida pugna cum oppidanis conserta et a media die usque in profundam noctem pertracta, intrare non est permissus, sed, tamen in vigilia et in ipsa sancta nocte ex maxima parte locum igne consumens, multis suorum sauciatis, discessit, crastino reversurus et omnem locum cum hominibus penitus eradicaturus. Quod ego cognoscens, videns etiam, inermes et imbelles contra armatos et bellicosos diu stare non posse, cum nostris familiaribus habito consilio, prefatum principem suorum militum ductu ultro adii, me ipsum cum loco et habitatoribus sine omni conditione in suam potestatem contradidi, ut, quicquid sibi Deus sineret, de nobis perficeret. Nec tamen ista faciens ferociam eius mitigare potui, quia, quę circa locum erant, penitus dissipavit et consumpsit et, quos

voluit, captivos abduxit et insuper magnam pecuniam ante pascha sibi solvendam loco imposuit. Hanc igitur flebilem loci nostri destructionem tota cordis contritione lacrimosis singultibus apostolice sedi et omni Romane ęcclesię depromimus, enixius efflagitantes, ut, si dignum videatur, domino Constantiensi episcopo vestris apostolicis literis precipiatis,[a] ne ipse vel aliquis clericorum aut monachorum quemquam illorum, qui huic nefande impugnationi interfuerunt, ad penitentiam suscipiat, nisi prius Deo et sancto Petro et cenobio sancti Salvatoris satisfaciat. Revera enim, si hęc inaudita audatia et stultitia dissimulatur, non solum in loci nostri defectum, sed in multorum monasteriorum et ęcclesiarum augetur detrimentum. Preterea votivo corde pedibus apostolatus vestri prostratus eximias dulcedini pietatis vestrę gratias ago, quod fratrem meum, quem ad vos meis et aliorum fratrum literis misi, clementer suscepistis, misericordius tractastis, miserabiliter consolatum benignius dimisistis. Presentium latorem, clericum nostrum, gratiam Dei ac sancti Petri ac vestram querentem, ut misericordię sinu recipiatis et letum a gratie throno redire sinatis, a sanctitate vestra optinere exoptatissime cupimus.

a. „Vestris-percipiatis" von anderer Hand eingefügt.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 37. — Regest: Hidber Nr. 1595.

Gut erhaltene gleichzeitige Copie. Wir kennen den Grund des Ueberfalls von Schaffhausen nicht und können desshalb nicht mit Sicherheit angeben, in welchem Regierungsjahre Calixts II. (1119—1124) derselbe stattfand. Da aber in diesem Schreiben Conrad nicht Herzog genannt wird, sondern nur puer adolescens, Bertoldi ducis filius, so stammt es spätestens aus dem Jahre 1122, denn durch den am 3 Mai d. J. erfolgten Tod seines Bruders wurde jener regierender Herzog. Da ferner nach der Angabe des Schreibens selbst Abt Adalbert schon früher an Calixt einen Boten gesandt hatte, der zweifelsohne in dem in Nr. 54 genannten Mönche M. zu erblicken ist, so fällt das obige Schreiben, das ja auch für die gütige Aufnahme jenes Boten danksagt, wahrscheinlich in das Jahr 1120, und zwar ist es, da dasselbe nicht lange nach dem Ueberfalle Conrads und der Heimkehr des Boten ausgefertigt sein wird, nicht lange nach dem 23. Februar, spätestens aber nach seiner eigenen Aussage vor Ostern, also vor dem 18. April 1120 geschrieben.

58.

Heinrich V. bestätigt die Freiheiten und Besitzungen von Allerheiligen.

1120. (C. Mai.) Bamberg.

(Chr) In nomine sanctę et individue trinitatis. Heinricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator augustus. || In extremo summi judicis examine equale meritum credimus fore dantis et corroborantis. Ea propter fidelium nostrorum tam presentis quam futurę ętatis universitas noverit, quod Eberhardus, comes de Nellinburch, venerabile quoddam cenobium apud villam Scafhusam in suę proprietatis fundo edificavit et beato Petro oblatum in jus|| perpetuum et tutelam apostolicę sedis tempore Greg(orii) pape huius nominis VII. absque ullius contradictione contradidit. Quicquid igitur immunitatis a predicto pontifice sanctę et apostolicę sedis, itemque ipsius successoribus sancte et apostolice sedis presulibus, videlicet Urbano, Paschale ipsi loco concessum est, nos quoque concedimus et lege in perpetuum valitura roboramus. || Statuimus itaque, ut universa, quę prefatus comes Eberhardus et filius suus Burchardus itemque alii cuiuscumque ordinis viri predicto cenobio de suis facultatibus contulerunt, et quecumque hodie possidet, firma tibi, reverende abba Adilberte, tuisque successoribus ad usum monachorum Deo ibi servientium in omne tempus permaneant. *Abbas sane cum fratribus advocatum, quem voluerit, instituat. Qui si postmodum inutilis fuerit, abbas cum fratribus, apud regalem justiciam querimonia super eo habita, eius adjutorio et auctoritate illum removeat et alium, quem sibi utilem perspexerit, preficiat.* Qui advocatus in possessionibus sepedicti monasterii nullam potestatem habeat, castellum aliquod vel munitionem edificare, neque aliquas hospitationes indebitas aut precarias seu freda et redibitiones exigere, non alterum advocatum sine permissione abbatis et fratrum ordinare, sed contentus sit concesso sibi jure et tercia porcione earum rerum, que de litium composicionibus fori jure accrescunt. Porro abbas villicum, quem maluerit, in loco Scafhuse instituat, cui advocatus bannum sui juris sine precio et absque omni contradictione concedat, ea videlicet ratione, ut in causis cognoscendis et litibus dirimendis secundo loco ab advocato presideat et abbati de portione compositionum fideliter respondeat. Ipsum locum etiam Scafhuse cum omnibus pertinentibus suis, scilicet ęcclesia, nundinis, mercato, moneta, naulo, theloneo, areis ad potestatem et dominium

abbatis presenti pagina pertinere statuimus. Si quis autem hoc preceptum nostrum violare presumpserit, *secundo terciove commonitus*, si fratribus non satisfecerit, *banno nostro subjaceat et abbati ipsius monasterii pro illatis dampnis dupliciter conponat* necnon auri purissimi centum libras imperatori persolvat aut ab omni dignitate sua deponatur. Ut autem hoc ab omnibus credatur et omni ęvo inviolabile permaneat, hanc cartam inde conscriptam et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli, ut apparet inferius, jussimus insigniri. Huius rei testes nostri sunt principes: Roggerus Magdiburgensis archiepiscopus. Otto Babinbergensis episcopus. Reginhardus Halverstatensis episcopus. Ŏdalricus Eistatensis episcopus. Gebehardus Wirziburgensis episcopus. Arnoldus capellarius, alii quoque plures: Fridericus dux. Haiuricus dux Bavvariorum. Marchiones Diepaldus et Engilbertus. Otto, Gotfridus palatini. Beringarius comes. Ludewicus comes et alii quam plures.

Signum domni Heinrici (M) imperatoris (S) invictissimi.

Philippus cancellarius recognovi vice archicancellarii.

Acta sunt hęc in Babenbergensi curia anno dominice incarnationis MCXX., indictione XIII.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 39. — Regest: Stälin II, 75. — Stumpf Nr. 3163. — Hidber Nr. 1603.

Gut erhaltenes Original, von einer Hand geschrieben. Das Sigel ist abgefallen. Diese Urkunde bietet aussergewöhnliche Schwierigkeiten. Ihre Zeugen sind die von Nr. 61, ihr Recognoscent ist Philippus, der als solcher erst 1122 auftritt, ihr Monogramm ist, wie mich Herr Professor Stumpf freundlichst belehrte, nicht das Heinrichs V., sondern das Heinrichs IV., und zwar dasjenige, das nur in dessen Urkunden von 1057 angebracht wurde. Dieser Umstände wegen verwirft Stumpf dieselbe als unecht, und auch Ficker (Beiträge II, 154) spricht sich zweifelnd über sie aus. Dennoch möchte ich ihre Echtheit vertreten, denn ihre ganze Erscheinung und insbesondere ihre durchaus zeit- und kanzleigemässe Schrift scheinen mir den Verdacht der Fälschung abzuweisen. Wenn unsere Urkunde aber wirklich eine Fälschung wäre, wie hätte denn ihr Verfertiger auffälligster Weise gerade ein Monogramm Heinrichs IV. anbringen mögen? Fälscher bemühen sich doch in der Regel ängstlich echte Vorlagen nachzuahmen und vor Ungewöhnlichkeiten sich zu hüten. Nun besass aber das Kloster Schaffhausen (und wohl nur hier könnten wir den Fälscher suchen) niemals, soweit wir wissen, eine Urkunde Heinrichs IV., die das fragliche Monogramm trug, wohl aber drei Urkunden Heinrichs V. Ist es glaublich, dass der Fälscher, der sonst seinem Erzeugnisse ganz und gar kanzleigemässe Erscheinung aufzuprägen wusste, nicht das Monogramm Heinrichs V., von dem er ja drei Muster besass, gezeichnet hätte? Seine Schrift ferner ist nicht etwa eine mehr oder minder gelungene

Nachahmung der Buchstaben einer der drei Urkunden Heinrichs V., die Allerheiligen besass, sondern eine eigenartige, fertige, von der Schrift der gleichzeitigen Urkunden Allerheiligens völlig abweichende, die keinen Fälscher als Urheber zulässt, sondern nur einem geübten, der kaiserlichen Kanzlei angehörigen Schreiber zugeschrieben werden dürfte. Will man dennoch die Unechtheit der Urkunde aufrecht halten, so muss man ein Glied der kaiserlichen Kanzlei selbst als Fälscher annehmen, eine Annahme, von deren Vertretern man doch wohl einen direkten Beweis fordern darf. Als Hauptstütze der Echtheit unserer Urkunde aber möchte ich den Umstand betonen, dass dieselbe, wie sie selbst aus Nr. 48 und 49 hervorgegangen, ihrerseits wieder Vorlage der Urkunden Nr. 61 und 68 wurde; denn es wird niemand annehmen wollen, dass die kaiserliche Kanzlei schon nach wenigen Jahren sich von einer, zudem so grosse Unregelmässigkeiten darbietenden Fälschung hätte täuschen lassen, und dass sie dieselbe sogar als Vorlage neuer Diplome gebraucht hätte.

Ist die Urkunde aber echt, so müssen sich ihre Sonderbarkeiten anderweitig deuten lassen. Um mit der ärgsten, dem Monogramme von 1057 zu beginnen, so bleibt wohl nur der Ausweg, den Herr Hofrath Ficker mir gütigst nahe gelegt hat, nämlich die Annahme, dass die kaiserliche Kanzlei zu dieser Urkunde ein seit 1057 unbenützt daliegendes Blauqnet verwendet hat. So auffällig, vereinzelt diese Annahme auch klingt, sie allein, nicht die der Fälschung, deutet das Vorhandensein des Monogramms Heinrichs IV. in einer Urkunde seines Sohnes. Was sodann die Zeugen und den Recognoscenten betrifft, so sind sie mir ein Beweis, dass unser Diplom nicht vor 1122 ausgefertigt sein kann, dass dasselbe also in die Kategorie der nachträglichen Beurkundungen gehört; wofür es selbst schon spricht, indem es nicht mit „datum", sondern mit „acta" datirt. Die Zeugen selbst aber sind nicht Handlungs-, sondern Beurkundungszeugen; denn sie sind mit zwei Ausnahmen die von Nr. 61. Dass aber diese Zeugen alle auch 1120 bei Heinrich V. weilten, ist schon desshalb unglaubwürdig, weil unter ihnen Bischof Reginhart von Halberstadt genannt wird, der 1120 in schroffer Opposition gegen den Kaiser verharrte (Giesebrecht, Kaisergeschichte III, 922. 4. Aufl.) und desshalb gewiss in diesem Jahre nicht an seinem Hofe erschien. Dass in unserer Urkunde ferner der Bischof Gotebald von Meissen, welcher in Nr. 61 zeugt, weggelassen ist, dürfte sich daraus erklären, dass derselbe 1120 die bischöfliche Würde noch nicht besass, also 1120 auch nicht als Bischof genannt werden konnte. Auch die Nennung des Herzogs Friedrich von Schwaben ist unverfänglich. Zwar ist es richtig, dass derselbe den vom Kaiser eingesetzten Würzburger Bischof Gebhart nicht anerkannte, sondern sich an dessen Gegner Bischof Rutger hielt (Stälin II, 49); allein dies Verhältniss hinderte den Herzog Friedrich keineswegs, 1123 zugleich mit Gebhart auf kaiserlichen Hoftagen sich einzufinden (Stumpf, Acta imperii adhuc inedita 105; Erhart Cod. dipl. Westfal. 152). Wesshalb sollte ihn dasselbe also 1122 gehindert haben, am Hofe seines Oheims zu erscheinen? Wie endlich die ausdrückliche Angabe unserer Urkunde: „Acta sunt hec etc." beweisen dürfte, hat Heinrich V. den Beurkundungsbefehl bereits 1120 ertheilt, der dann allerdings erst 1122, wie die Zeugenreihe darthut, in Bamberg vollzogen wurde. Nach der Urkunde selbst geschah die Handlung aber ebenfalls in Bamberg, eine Angabe, die mir nicht unwahrscheinlich scheint; obwohl wir keine Nachricht über einen Auf-

enthalt Heinrichs V. in Bamberg 1120 haben; denn Heinrich war in diesem Jahre nachweislich am 1. Mai zu Würzburg und kann desshalb vorher oder nachher recht wohl das nahe Bamberg berührt haben.

Vorlagen der Urkunde sind Nr. 48 und 49; das erstere Entnommene ist oben durch kleinere Schrift, das aus letzterer Entlehnte durch liegende Lettern hervorgehoben.

Die äussere Aufschrift lautet: „Privilegium Heinrici quarti regis."

59.

Arnold und Junzila stiften die Zelle Hiltensweiler.

1122. Januar 6.

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Arnoldus et uxor mea Junzila tradimus sancto Salvatori et omnibus sanctis eius in cenobio Scafhuse, quicquid || predii ego a progenitoribus meis hereditario jure possideo vel quicquid ego et uxor mea ad presens habere videmur apud Hilteneswilare[1] et Esceriches || wilare[2] et Bleichun[1] et Langenouva[1] inferiorem et superiorem et Raprehteswilare[1] et Wielandeswilare[1] et Erchenarteswilare[1] et Steinibach;[1] eo pacto, ut servicium Dei per || Scafhusenses fratres in eodem predio nostro in perpetuum fiat et stabiliatur absque annuali[a] censu. Ipse autem abbas Adalbertus, in cuius presentia hęc facta sunt, cum consensu ....[b] fratrum suorum concessit[c] fratribus in eodem predio nostro Deo servientibus, quicquid proprietatis habuit[d] ....[e] in locis, quorum nomina hęc sunt: Rŏdolfesriet,[1] Steinibach;[1] .....[f] Rŏdenwilare,[1] Tentenwilare[3] et carradam vini de Lupins[4] per singulos annos. Hęc predia dedit abbas et fratres eius illis fratribus ....[g], quos ipsi ad serviendum Deo in predio nostro destinarent; ea condicione,[h] ut nec mihi nec uxori mee de prediis et rebus, quas in presenti videmur[i] habere vel postmodum possumus acquirere, predicto loco nihil demere, nihil liceat quacumque occasione subtrahere.[h] Predium quoque in Ŏveltingen,[5] quod ego et uxor mea cum X marcis rogatu eorum redemimus, nobis addiderunt; eo pacto, ut nos idem, quamdiu ipsi predictam pecuniam redderent, possideremus. Hęc omnia tali pacto et ea conditione acta et firmata sunt, ut nec[a] abbas ...[h] nec[a] fratres sui, nec[k]

ego vel aliquis meorum[k] [successorum] de his omnibus minuere aut infringere postmodum aliquid audeant,[l] et[m] servitium Dei in predio nostro a fratribus Scaffusensibus die noctuque expleatur[l] ....[n] Nomina ergo testium, sub quorum presentia hec gesta sunt, subnotari fecimus: Adalbertus et Reinardus frater eius. Rapoto et frater eius Sigifridus de Lampolteswilare.[6] Eberardus de Nicenwilare.[1] Bertoldus et frater eius Winezo de Bacheline.[1] Heremannus et frater eius Rŏdolfus de Langensê.[1] Gebezo. Rŏthardus. Sefrit. Wernerus. Burchardus de Raprehteswilare.[1] Heribortus et frater eius Adalbero de Berenriet.[1] Rŏthart de Niwenchilichun.[1] Werner et iterum Werner de Flŏnouva.[1] Marquardus et filii eius Mar[quar][o]tus et Swigerus de Steinibach.[1] Adalbertus et Werner. Rŏdolfus. Heinricus de Rŏdenwilare.[1] Liutericus et filii eius Liutericus et Bernardus. Chŏno de Mŏtolfesse.[1] Bernardus.[p] Burchardus. Arnoldus de Tentenwilare.[1] Werner et frater eius Egelolfus de Hûbilberc.[7] Ŏdalrichus et fratres eius Wernerus, Hezelo. Bernardus de Tegerense.[1] Dux Heinricus et filius eius Heinricus de Ravenespurc,[8] quibus locus ille in advocatiam commissus est.

Gesta sunt hęc anno dominicę incarnationis MCXXII., indictione XV., epactis XI., luna XXVI., feria VI., nativitatis epiphanie, regnante Heinrico imperatore Romanorum, sub duce Friderico, comite Hartmanno.

a. Steht auf Rasur. b. Ein Wort radirt. c. Auf Rasur. d. „Quicquid—habuit“ auf Rasur. e. Etwa 4—5 Wörter radirt. f. Etwa 3 Wörter radirt. g. Etwa 2 Wörter radirt. h. „Ea condicione—subtrahere“ ist über der Zeile „quos ipsi ad serviendum“ nachgetragen. i. Anfangs stand „videbamur“, „ba“ ist ausradirt. k. „Nec ego—meorum“ übergeschrieben. l. „Audeant—expleatur“ auf Rasur. m. „Et“ nicht sicher, die Stelle ist sehr verwischt n. Etwa 4 Wörter radirt. o. Die Silbe „quar“ ist weggerissen. p. Von da an ist die Urkunde auf die Rückseite des Pergamentes geschrieben. — Die Rasuren und übergeschriebenen Stellen sind von dem Schreiber der Urkunde selbst nachgetragen.

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Vanotti, Gesch. der Grafen von Montfort 535. — Wirt. Urkundenbuch I, 347. — Regest: Hidber Nr. 1612.

[1] Hiltensweiler, Bleichnau, Ober-Unterlangnau, Rappertsweiler, Wielandsweiler, Echetweiler, Steinenbach, Ober-Unterrussenried, Rudenweiler, Dentenweiler, Nitzenweiler, Bechlingen, Ober-Unterlangensee, Bernried, Neukirch, Flunau, Muttelsee, Degersee, alle wirt. OA. Tettnang. [2] Esseratsweiler, preuss. Enclave Achberg bei Lindau. [3] Von Allerheiligen 1112 erworben, s. Nr. 50. [4] Maienfeld, Nr. 42, 43. [5] Ober-Unteruhldingen, bad. A. Ueberlingen, s. Nr. 49. [6] Lampertsweiler, bair. Bez. A.

Lindau. [7] Abgegangen, jedenfalls um Hiltensweiler zu suchen, vielleicht Berg bei Gattnau, OA. Tettnang. [8] Ravensburg, wirt. Oberamtsstadt.

Im Ganzen gut erhaltenes Original. Der Schreiber muss anfangs viele Fehler gemacht haben, die er nachträglich durch Rasuren und Ueberschreiben ausbesserte. Da die Urkunde keine Rückaufschrift des 12. Jahrhunderts hat, so war sie damals nicht im Archive des Klosters Allerheiligen, also wohl im Besitze des Priorates Langnau, wie die Zelle Hiltensweiler späterhin hiess, und kam vermuthlich erst beim Verkaufe dieses Priorates an die Grafen von Montfort 1389 an das Mutterkloster zurück. Das jetzt in Stuttgart befindliche späte Copialbuch des Klosters Langnau enthält eine Abschrift des Hiltensweiler Stiftungsbriefes, welche vielfach von obigem Texte abweicht, insbesondere mit dem Satze: „Ego Udalricus scripsi et laudavi. Amen“ schliesst. Daraus folgt, dass von diesem Stiftungsbriefe (wohl weil das erste Original wegen seiner Rasuren nicht mehr gefiel) ein zweites Exemplar nachträglich ausgefertigt wurde. Dieses zweite Exemplar aber gieng vermuthlich in Langnau zu Grunde, da es sich in Schaffhausen oder Stuttgart, wohin das Langnauer Archiv kam, nicht befindet.

60.

Erzbischof Bruno von Trier vergleicht Allerheiligen mit seinem Vogte, Graf Adelbert von Mörsberg, über dessen Vogtrechte.

1122. Mai 30.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Bruno, Dei gratia Trevirorum archiepiscopus, || notum esse volumus cunctis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quomodo, locum Scaphusensem fratresque in eo servientes domino Salvatori et sanctis || eius speciali amplectens dilectione, interdum gratia visitationis adierim, tum propter solatium atque spem orationis eorum atque intercessionis et ut || corporali representatione affectum meum omnibus expressius demonstrarem eoque ordine precibus illorum me peccatorem enixius commendarem, tum etiam quia proximi cognati mei [1] locum ex parte fundaverunt et hic vivi atque defuncti remanserunt. Quodam vero tempore, dum aderam, difficili orta querimonia, quam abbas et fratres eius adversus Adelbertum comitem, eiusdem cęnobii advocatum, habuerunt, eo quod decreta apostolicorum, videlicet Gregorii, Urbani, Kalisti, et statuta fundatorum ipsius loci Eberhardi et Burchardi comitum infringeret, mediator esse studui et causam utriusque partis gratia reconciliationis petitione fratrum et militum eiusdem advocati in potestatem nostram suscepi. Com-

municato itaque consilio in hoc omnes consensimus, ne predictus advocatus aut aliquis ministerialium eius eundem locum, prout solebat, frequenter inhabitet, excepto duntaxat eo tempore, quo publicum placitum ex more habere debet. In hoc igitur placiti tempore statutum illi servitium ab abbate reddatur, tantum scilicet, quantum Constantiensi advocato inibi persolvitur. Preterea semel in anno, cum advenerit, non amplius quam XIIII dies hic pacifice hospitando continue maneat, per totum autem reliqui anni spatium, si intraverit, post unum diem absque omni detrimento abbatis atque civium suorum, hic et circumquaque manentium, benigne discedat. Et ne quis petitionis exactio in pauperes ulterius fiat, semel in anno solum cum consensu abbatis et fratrum eius universaliter petat. Et quod non coacti dederunt, caritative accipiat, insuper in nullam curtim ad idem cenobium pertinentem hospitandi causa vel petitionem faciendi veniat. Si autem in secundo in aliquam villam abbatis venerit et pacifice ibi hospitatus fuerit, si abbati et fratribus displicet, secundum gratiam aut justiciam emendet. Tria autem sunt loca suis placitis designata, scilicet Bôsingin[2] cum adjacentibus villis, id est Bibera, Wiseholz, Wilâre, Rammisheim,[3] Riethusin,[4] Genærisbrunnin, Tegingin,[2] Swendi,[5] Bôchtella,[2] item Hemmintal[2] cum locis in confinio Randin positis, videlicet Stetibach,[6] Bisilingin,[7] Morinshusin,[2] Persiningin,[8] Crizbach, Peringin, item Hallouva cum sibi competentibus vicis, hoc est Guntramingin[3], Huninchovin,[9] Vutahe,[9] Ebirolvingin,[10] Tancstetin.[11] In his vero tribus locis tale servitium ipsi impendi debet, quale apud Nuchilichun[2] ipsius loci advocatus accipere solet. Si autem impeditus aliquo negocio ad horum IIII placitorum edictum non venerit nec abbati et fratribus justiciam fecerit, servitium ei non detur. Super hęc necesse duximus in hac carta designare, ne vel abbas vel advocatus aliquid prenominati cęnobii predium abalienando cuiquam presumat dare, vendere aut in beneficium concedere. Ad hęc etiam collaudatum est, ne advocatiam cuiusquam predii ipsius cenobii advocatus sine consensu abbatis et fratrum et e converso abbas sine consensu advocati cuiquam possit commendare, et cuicumque simul commiserint, ea condicione illi committatur, ut, si ille aliter, quam oportet, rem tractaverit, amoto illo, qui melius placuerit, rursus substituatur. His etiam superadditum est, ut omnes advocatias, quas Adilbertus abbas pre-

sens suis in temporibus absque consensu advocati cuivis homini commiserit, industria sua in jus proprium secundum posse suum revocet, quę autem a predecessoribus suis simili modo concessę sunt, advocatus querimoniam ex his suscipiat et, favente justicia, prout valuerit, cuncta restauret. Huius quippe pactionis stabilitatem, aquiescente abbate cum suis fratribus et consentiente advocato cum suis militibus, ego Bruno gratia reconciliationis ordinavi, laudavi et domini Ŏdalrici, Constantiensis episcopi, auctoritate banno confirmari feci. Hoc quoque sciendum, quod, si advocatus huius pacti transgressor aliquatinus extiterit et, ab abbate et fratribus I. II. et III. vice commonitus, infra sex ebdomadas non emendaverit, banno Constantiensis episcopi et nostro subjaceat. Et ut hęc rata et inconvulsa permaneant, licentia domini Constantiensis episcopi banno et sigilli nostri impressione corroboravimus.

Acta sunt autem ista anno incarnationis Domini MCXXII., indictione XV., III. kalendas junii, regnante Heinrico V., anno autem imperii eius XVII. Huius conventionis testes sunt fratres de claustro: Marcwardus prior,[12] Bertoldus senior, Reginoldus presbiter, Ernist prepositus, Bertoldus nepos advocati, Engilscalk, Richolfus, Hartfrit, Ŏdalricus de Mamburon,[13] item de exterioribus fratribus: Sigefrit et frater eius Eberhardus,[14] ex capellanis meis: Marcwardus, Heinricus, Witegowo, ex ministerialibus meis: Lŏdewicus, Boimundus, Eberhardus. Bertoldus de Tanegge.[15] Eberhardus de Singin[16] et frater eius Adilbero. Liutoldus de Murchar.[17] Biccho de Seppinhovin.[18] Arnoldus de Warta.[19] Cŏno et Fridericus ministeriales advocati. (S)

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 41. — Regest: Hidber Nr. 1614.

[1] Diese Stelle, welche eine enge Verwandtschaft der ältesten Nellenburger mit den Grafen von Lauffen, zu denen Erzbischof Bruno zählt, bezeugt, ist von Wichtigkeit auch für die Verwandtschaft des Hauses Wirtemberg mit den eben genannten beiden Geschlechtern und für die Ableitung des wirtembergischen Besitzes im Neckargau. [2] Büsingen, bad. Enelave bei Schaffhausen. [3] Bibern, Wiesholz, Weiler, Rammsen, alle bei Stein, Gönnersbrunnen, Tayingen, Buchthalen, Hemmenthal, Randen, Merishausen, Griesbach, Beringen, Hallau, Guntmadingen, Neunkirch, Kant. Schaffhausen. [4] Nach dem Zusammenhange wohl eine abgegangene Ansiedlung am Riede, das zwischen Rammsen und Rielasingen sich hinzieht. [5] Zu suchen zwischen Tayingen

und Schaffhausen, jetzt wohl auch Wüstung. [6] Steppach bei Blumberg, bad. A. Donaueschingen. [7] Büsslingen, bad. A. Engen. [8] Lag zwischen Merishausen und Schaffhausen. [9] Zwei abgegangene Orte, an der Wutach zu suchen. [10] Eberfingen, bad. A. Bonndorf. [11] Dangstetten, bad. A. Waldshut. [12] Vermuthlich der Urkundenschreiber Allerheiligens von 1102—1116, vgl. Nr. 54. [13] Mammern, Kant. Thurgau. [14] Die mehr erwähnten Brüder von Honstetten oder Rente; dieselben sind also zuletzt, nachdem sie ihr Hab und Gut an Allerheiligen vergabt hatten, auch als Conversi in das Kloster eingetreten. [15] Tannegg, bad. A. Bonndorf. [16] Singen am Hohentwiel. [17] Murkhart bei Frauenfeld, Kant. Thurgau. [18] Seppenhofen, bad. A. Neustadt. [19] Wart bei Winterthur, Kant. Zürich.

Gut erhaltenes Original auf einem langen, schmalen Pergamentblatte, dessen rechter Rand grosse Uncialbuchstaben, die wahrscheinlich den Namen des Erzbischofs Bruno bilden, mitten durchschnitten hat. Es herrschte nämlich im beginnenden 12. Jahrhunderte die Sitte, Verträge, Tauschhandlungen u. s. w. doppelt zu beurkunden, so zwar, dass beide Ausfertigungen der Urkunde auf einem Pergamentblatte niedergeschrieben und auf dem Raume zwischen beiden in Majuskelschrift der Name des Ausstellers angebracht wurde. Wenn nun die beiden Ausfertigungen, um sie den Parteien einzuhändigen, zu sogen. Spaltzetteln getrennt wurden, so wurde der Name des Ausstellers mitten durchschnitten. Damit war ein Kriterium für die Echtheit der beiden Urkunden geschaffen; denn sie mussten sich so wieder an einander fügen lassen, dass jener Name wieder lesbar wurde und überhaupt ihre ursprüngliche Einheit offen vorlag. Das Sigel ist in bekannter Weise aufgedrückt. Von demselben sind nur etwa zwei Drittel erhalten, von der Umschrift noch .... REVIRORV. A .... Es zeigt den Bischof sitzend auf einem Stuhle ohne Lehne.

Zu berechtigtem Zweifel an der Echtheit dieser interessanten Urkunde gibt ihre äussere Form eben so wenig, wie ihr Inhalt Veranlassung. Ihr Inhalt stimmt vielmehr ganz zu Nr. 49, 58, ja Nr. 63 ist eine Anwendung ihrer Bestimmungen hinsichtlich der Untervögte. Im Datum hat der Schreiber irrig „imperii"; denn 1122 ist nicht „annus imperii", sondern „annus regni Heinrici XVII".

Aeussere Aufschrift: „Pactio advocatie inter Adilbertum advocatum et inter Scafhusenses fratres."

61.

Heinrich V. bestätigt die Freiheiten und Besitzungen von Allerheiligen.

1122. (c. November 11.) Bamberg.

(Chr) In nomine sancte et individue trinitatis Heinricus divina favente clementia Romanorum IIII. imperator et augustus. In examine cuncta conspicientis || equale meritum credimus fore dantis et corroborantis. Credimus etiam, ad regalem

nostram majestatem pertinere totius regni curas, precipue omnium ęcclesiarum commoda con || siderare et omnia eisdem adversantia sub omni festinatione abolere, ne vel quaquam incommoditate vilescant, vel qualibet pro nostra culpa orta occasione a pristino cultu et religione re || cedant, quatenus, dum hec pro amore pariterque timore Dei fideliter peragimus, illorum, qui hęc pio affectu Deo contulerunt, meritis et gloriæ communicemus. Proinde omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, notum esse volumus, qualiter ob hanc spem per interventum Adelberti, Scafhusensis abbatis, et fratrum suorum pro remedio animę nostrę et petitione principum nostrorum eundem locum, a comitibus pie memorię Eberhardo et filio eius Burchardo pro suis suorumque parentum animabus in abbatiam, divina inspirante clementia, in honore Salvatoris nostri et omnium sanctorum sublimatum et ab apostolicis viris, videlicet Gregorio, Urbano, Paschale, Kalixto in jus perpetuum et tutelam apostolice sedis susceptum, (cum) consensu fidelium nostrorum sancimus et, omnium contradictione remota, regalis nostrę majestatis auctoritate corroboramus. Omnes etiam res mobiles et immobiles eiusdem monasterii, quas prefati comites vel alii quique fideles pro ardore celestis patrię ibidem larga manu contulerunt vel postmodum tradere cupiunt, ea ratione confirmamus, ut fidelis noster eiusdem loci abbas eiusque in perpetuum successores secura eas tranquillitate possideant et liberam potestatem habeant, res et proprietates ęcclesię cum consensu monachorum et fratrum Deo ibi servientium ordinare, componere, commutare et augmentare. Nostra igitur auctoritate sanccimus, ut in allodiis Werinheri de Chiricheim,[1] Arebonis[2] et uxoris eius Mahtildis de Wertungin[3] et in cella Arnoldi Hildiniswilare[4] aliisque cellulis eidem monasterio subjectis, foris, mercatis, monetis, naulis, theloneis, villis, vicis, areis, servis, ancillis, tributariis, decimis, forestibus, silvis, venationibus, piscationibus, molendinis, aquis aquarumque decursibus, campis, pratis, pascuis, viis, cultis et incultis, ęcclesię ornamentis, vel quicquid ad presens illuc pertinet aut ex his ampli(fi)cari potest, nulla sit infestatio tirannorum, nulla potestas magna vel parva ibi per violentiam irruat. **Abbas autem cum fratribus advocatum, quem voluerit, constituant. Qui si postmodum** monasterio **inutilis fuerit, imperiali judicio deponatur et alius,** qui dignus est, **ab abbate et fratribus** preficiatur. ***Si quis hoc preceptum nostrum violare presumpserit, secundo***

terciove admonitus si fratribus non satisfecerit, auri purissimi C libras imperatori persolvat aut ab[a] *omni dignitate sua deponatur.* Et ut hęc nostrę auctoritatis traditio rata et inconvulsa permaneat, hoc privilegium inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Acta sunt hęc in Babinbergensi curia, anno dominice incarnationis MCXXII., indictione XII. Huius rei testes nostri sunt principes: Rŏggerus Magidiburgensis archiepiscopus. Otto Bavenbergensis episcopus. Reginhardus Halverstatensis episcopus. Gotebaldus Misinensis episcopus.[5] Ŏdalricus Eistatensis episcopus. Gebehardus Wirziburgensis episcopus. Arnoldus capellarius. Alii quoque principes: Heinricus dux Bawariorum. Marchiones Tiepaldus[6] et Engilbertus[7]. Otto,[8] Godefridus[9] palatini. Beringarius comes.[10] Lŏdewicus comes.[11]

Signum Heinrici quarti Roma(M)norum imperatoris invictissimi.

Philippus cancellarius recognovi vice archicancellarii.

(S)

a. „Ab" ist vom Schreiber der Urkunde selbst übergeschrieben.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 45. — Regest: Stumpf Nr. 3180. — Hidber Nr. 1615.

[1] Kirchheim, wirt. OA. Ehingen. [2] Von Sonthofen, bair. Allgäu, s. Nr. 68. [3] Wertingen bei Augsburg. [4] Hiltensweiler, wirt. OA. Tettnang. [5] Folglich ist die vulgäre Annahme, dass Gotebald erst 1125 Bischof wurde, die freilich schon durch die annales Pegavienses (mon. Germ. script. XVI, 255) widerlegt wird, als irrig abzuweisen. [6] Von Vohburg. [7] Von Istrien (ein Sponheimer). [8] Von Wittelsbach. [9] Von Calw. [10] Von Sulzbach. [11] Von Thüringen?

Gut erhaltenes Original, ganz, einschliesslich des Monogramms, von einer Hand geschrieben. Vom Sigel sind nur noch Spuren vorhanden.

Vorlagen sind Nr. 49 und 58; das aus ersterer Entnommene ist durch kleinere Lettern, das der zweiten Entlehnte durch liegende Schrift gekennzeichnet.

Die Indiction ist in „XV" zu verbessern.

Aeussere Aufschrift: „Privilegium Heinrici quarti regis."

62.

Bischof Otto von Bamberg bestätigt den Tausch von Gütern zwischen der Kirche Bamberg und dem Kloster Allerheiligen.

(1122. November 11. Bamberg.)

(Chr) In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. || Noverit omnium Christi fidelium tam presens etas, quam successura posteritas, qualiter venerabilis Otto, octavus sanctę Baben || bergensis ecclesie episcopus, commutationem prediorum, quę primitus facta fuerat a Berhtoldo, duce de Zeringin, et Eberhardo, co || mite de Nellenburch, inter Babenbergensem ęcclesiam et Scafhusense cenobium,[1] quorum prediorum unum quidem infra Skafhusense cenobium, alterum vero inter ipsum locum et villam, que dicitur Hiltising[en][2], situm est, sua auctoritate in loco Babinbergensi coram domno Heinrico quarto imperatore ceterisque regni principibus, quorum nomina subternotavimus, qui in festivitate sancti Martini in eodem loco ad curiam aggregati fuerant, firmavit, stabilivit et corroboravit idemque predium cum omni utilitate, quę ullo modo inde provenire poterit, ad predictum Skafusense cenobium per manus Ratpotonis,[3] Babenbergensis advocati, sine omni contradictione perenni jure in proprium delegavit. Et ut hec commutatio firma et inconvulsa omni evo permaneret, prefatus venerabilis episcopus Otto presentem paginam fecit inde conscribi ac sigilli sui impressione jussit insigniri. Huius autem rei testes fuerunt: dominus Lambertus cardinalis, Růker Magdeburgensis episcopus. Reginhardus Halberstatensis. Òdalricus Eihstetensis. Heinricus dux Bawariorum. Dietpaldus et Engilbertus marchiones. Otto et Godefridus palatini comites. Beringarius, Lòdewicus et Reginboto comites. Arnolt de Hiltiniswilere.[4] Otto de Richen.[5] Swiker de Gundelvinden[6] (!). De canonicis etiam hi: Eberhardus prepositus, Egilbertus decanus, Òdalricus custos, Tuto scolasticus et alii quam plures.

(S)

Schaffhausen, Staatsarchiv. — **Abdruck:** Fickler 46. — **Regest:** Stumpf Nr. 3180. — Hidber Nr. (1358) 1616, vgl. darüber Hidber Bd. II, pag. LIII.

[1] S. oben Nr. 3. [2] Hilzingen, bad. A. Engen. [3] Ein Andechser. [4] Hiltensweiler, wirt. OA. Tettnang. [5] Reichen, bair. Bez. A. Wertingen bei Augsburg. [6] Gundelfingen, wirt. OA. Münsingen. Die übrigen Zeugen, s. Nr. 61.

Gut erhaltenes Original. Vom aufgedrückten Sigel sind noch 2 Drittel erhalten, von der Umschrift: † OTTO . . . . . . S. (E?) . . . Das Sigel zeigt den Bischof stehend mit Pallium, in der linken Hand das Evangelienbuch, die rechte Seite ist weggebrochen.

Aeussere Aufschrift: „Privilegium Ottonis, Babinbergensis episcopi octavi, pro commutatione prediorum inter Babinbergensem ecclesiam et Scafhusense cęnobium.

63.

Heinrich von Witlisberg empfängt die Untervogtei Dietlikon über die Güter von Allerheiligen zu Illnau, sowie diejenige über die Besitzungen von Allerheiligen zu Dangstetten, Rheinheim, Eberfingen, Hunichoven.

1124. Schaffhausen.

In Christi nomine. Noverit omnium Christi fidelium presentium et || futurorum sollers diligentia, qualiter Heinricus de Witilsperg[1] cum domino || suo Adelberto comite, advocato Scafhusensi, de advocatia Dietlincho || ven,[2] quę super rura tributaria in curtim Illnouva[2] pertinet, quam jam Adelbertus comes cum omnibus bonis ad eam pertinentibus domino Salvatori et omnibus sanctis eius contradidit, hoc egerit et ipsius interventu obtinuerit, ut, quia ipse et parentes sui prefatam advocatiam ab ipso Adelberto et parentibus eius per successiones habuerunt, ita etiam nunc ab Adelberto abbate et successoribus eius, fratribus cunctis in hoc consentientibus, in fide commendatam accipiat et feliciter habeat; hac tantum pactione interposita, ut bonus et justus advocatus sit, abbati jus suum in omnibus custodiat, ipse suum obtineat et, si aliquando ad hanc pactionem, quod ad querelam et emendationem pertineat, prevaricatus fuerit, sicut infra scripti idonei viri et tres de fratribus prefati cenobii dignum judicaverint, infra VI ebdomadas, si domi tunc temporis manserit, emendet, videlicet Arnoldus de Warta,[3] Waltherus de Botstein,[3] Liutoldus filius eius, Waltherus de Mamburron,[4] Perkerus de Gurtwili,[5] Pilgrin de Rafsa,[3] Meginhardus miles eius. Sic ipse Heinricus, data fide, advocatiam suscepit. Hanc pactionem predicti

viri, pro eo data sua fide, roboraverunt, hoc adicientes, ut, si aliquis illorum obierit, alius in locum ipsius, quem abbas et fratres voluerint, subrogetur.

Actum anno dominicę (incarnationis) millesimo CXXIIII., in loco Scafhusensi, coram prenominatis testibus.

Super[a] ipsam autem advocatiam idem Heinricus, Adelberto comite agente ipsoque presente, a quinto Heinrico rege, quarto vero imperatore Romano, regale bannum suscepit. Adhuc etiam et alia vectigalia, rura cum hominibus in[b] his manentibus ab Adelberto abbate et Adelberto advocato suę sunt fidei commendata, scilicet in locis Tancstetin[5] et Rinheim[5] et Ebrolvingen[6] et Hunichoven[7] dictis, et ipse hoc commendatum in pura fide conservandum accepit.

a. Von da an wird die Schrift des Originals gedrängter. b. Das folgende steht auf der Rückseite der Urkunde.

Zürich, Staatsarchiv. — Abdruck: Fr. v. Wyss, Beiträge zur schweiz. Rechtsgesch. II. (Zeitschrift für schweiz. Recht XVIII, 156.) — Regest: Archiv für schweiz. Gesch. VII, 260. — Hidber Nr. 2864.

[1] Witlisberg, abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien. [2] Dietlikon bei Bassersdorf, Illnau, Wart bei Winterthur, Rafz bei Eglisau, Kant. Zürich. [3] Böttstein bei Zurzach, Kant. Argau. [4] Mammern am Untersee, Kant. Thurgau. [5] Gurtweil, Dangstetten, Rheinheim, bad. A. Waldshut. [6] Eberfingen, bad. A. Bonndorf. [7] Abgegangen, lag wohl bei Eberfingen an der Wutach, s. Nr. 60.

Gut erhaltenes Original, dessen Abschrift Professor Dr. Meyer von Knonau gütigst besorgte.

Aeussere Aufschrift: Confirmatio Heinrici de Witilsberk super advocatiam Dietlinchovin.

64.

Meginhart (von Spanheim) bestätigt die Schenkung von Illnau durch Adilbert von Mörsberg an Allerheiligen.

1127. September 21. Kreuznach.

Notum facio ego Meginhardus[1] Christi et ęcclesię || fidelibus, tam presentibus quam futuris, qualiter comes || Adilbertus de Morsberk[2] pro innumeris peccatis suis || et incommodis, quę operatus est in advocatia sua Scafhusensi, in eodem cęnobio, sub fine vitę suę se voluerit reconciliari Deo. Nam quoddam predium Illinôwa[3] dictum, apud Sueviam in pago Zurichôwa situm, pro se suisque omnibus, pro redemptione animę suę, pro remuneratione vitę ęternę

sancto Salvatori et omnibus sanctis eius contradidit. Sed quia hoc absque manu superstitum filiarum suarum vel propinquorum suorum fecit, ut dicebatur ex tunc et ut dicitur ex nunc, falsô egit. Quod ego animadvertens et aliquam mercedem exinde conquirere desiderans, utpote cui omnia sua jure obvenerant ex parte uxoris meę Mahtildę, que fuit eiusdem filia, eandem traditionem supradicto cęnobio absque omni refragatione potestativa et liberali manu mea filiorumque meorum delegavi et contradidi cum omnibus videlicet reditibus eius, cum ęcclesia et decimationibus et omnibus appenditiis suis. Huius rei testes sunt:[1] domnus Bernhelmus abbas de Spânheim. Bertoldus clericus, capellanus de castro Spânheim. Herimannus parrochianus de Chiriperch. Gerlach comes de Veldenze. Rorich de Merchidisheim et frater eius Gerlach et consobrinus eius Drôtwin. Òdalricus de Steine et filius eius Hugo. Gerlach de Husin. Heinricus de Battinheim. Gotifrit de Imiziswilere et frater eius Gerhart. Emicho de Musscelo, Ôdalrich de Brunishorn et alii complures de liberis. De ministerialibus autem Herloch, Hertwic, Marcward, Côno et frater eius Retere, Bernwin. Sigiboto et fratres eius Francho, Friderich, Côнrath, Adilbero, Meginhere, Engilger, Adilbero et fratres eius Gotifrit et Lôdiwich, Witigo et fratres eius Gerunch et Welffrith et alii complures.

Acta sunt autem hęc in villa, quę dicitur Crucinach, anno dominicę incarnationis millesimo CXXVII., indictione V., concurrente V., in festo sancti Mathei apostoli et evangelistę, regnante Lothario, Romanorum rege augusto, III. anno regni eius. (R)

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Fickler 48. — Regest: Hidber Nr. 1658.

[1] Von Spanheim. [2] Mörsberg, Illnau, Kant. Zürich. [3] Die Zeugenorte liegen sämmtlich in der Umgegend von Kreuznach (an der Nahe); es sind: Spanheim, Kirchberg bei Simmern, Veldenz, Merxheim bei Meissenheim, Stein bei Kirn, Ober-Unterhausen an der Nahe, Badenheim, Imsweiler, Obermoschel in der bair. Pfalz, Brunishorn vermag ich nicht zu bestimmen.

Gut erhaltenes Original.

Aeussere Aufschrift: „Confirmatio Meginhardi."

65.

Meginhart von Spanheim meldet dem Bischof Ulrich von Constanz die Vergabung von Illnau an Allerheiligen.

(1127. September 21. Kreuznach.)

Ŏ(dalrico), ęcclesię Constantiensis speculatori magnifico, M(eginhardus) Spanheimensis obsequia intime dilectionis. Quoniam, pater venerande, cuncta || ad tuam pertinentia curam, gratia Dei preditus, magnifica disponis discretione, petimus, ut Dei respectu nostręque servitutis obtentu peticionibus || nostris benigne digneris vultum accomodare. Rogamus et obsecramus paternitatis vestre benevolentiam, ut mucrone spirituali injuriam || servis Dei Scafhusensibus illatam defendere velitis nec quemquam ovile Christi lupina rabie permittatis invadere. Vestrę namque paternitati notificamus et omnibus Christi fidelibus, quod ego M(eginhardus) una cum conjuge mea M(ahtildi), cum filiis et filiabus predium Ilnouva dictum, cum ecclesiis, cum decimis, mancipiis, agris, cultis et incultis, mobilibus et immobilibus, Scafhusensi ęcclesię fideliter tradidimus et tradendo confirmavimus, ut prefate possessiones libere deinceps servirent fratribus Deo ibidem obsequentibus. De predicta ergo possessione nec ministerialibus nec inbeneficiatis meis, immo nulli mortalium quicquam concessi grande vel parvum, sed nec concedam, nisi eiusdem ęcclesię fratribus a modo et usque in sempiternum. Feci autem traditionem istam dominicę incarnationis anno MCXXVII., in festo sancti Mathei evangelistę, sub Lothario Romanorum rege, coram testibus his: Gerlach comes de Veldenze, Rosich de Merchinisheim et frater eius Gerlach et consobrinus eius Trudewin. Ŏdalricus de Steine et filius eius Hugo. Gerlach de Husin. Henricus de Battinheim. Gotefrit de Imiciswilare et frater eius Gerhart, Emicho de Muscilo. Ŏdalric de Brunishorn et alii plures liberi homines. Valete dominoque Salvatori eiusque pauperibus, sicut petimus et confidimus, paterna pietate justiciam facite!

Schaffhausen, Klosterarchiv. — Abdruck: Fickler 49. — Regest: Hidber Nr. 1659.

Ueber die Namen vgl. Nr. 64.

Gut erhaltenes Original, vom Schreiber von Nr. 64 geschrieben.

66.

Innocentius II. meldet dem Kloster St. Blasien die baldige Ankunft seines Legaten, welcher den Streit zwischen diesem Kloster und Allerheiligen beilegen werde.

(1134.) August 8. Pisa.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis B(ertholdo) abbati et fratribus monasterii || sancti Blasii salutem et apostolicam benedictionem. Habitantes in domo Domini servare debent uni || tatem spiritus in vinculo pacis. Quia ergo, inspirante divina gratia, secularia desideria re || spuitis et secundum beati Benedicti regulam vitam monasticam professi estis, expedit, ut vestrum propositum studiosius attendatis et omnipotenti Deo verbo et opere conplacere curetis, ut videlicet populus fidelium vestro exemplo et bonis moribus ad melius informetur et vestra devotio pro temporalibus laboribus vitam perpetuam acquirere mereatur. Nos autem dilectum filium nostrum Riccerum, fratrem vestrum, paterna benignitate suscepimus et super controversia, quę inter vos et Scaphusenses[1] monachos agitatur, id vobis duximus rescribendum, quod, videlicet largiente Domino, legatum nostrum ad partes vestras in proximo transmittemus, qui, auditis utriusque partis rationibus, eidem liti debitum finem imponere, justitia dictante, curabit. Orantes vos pro nobis divina gratia conservet incolumes et suo servitio reddat acceptos.

Datum Pisis, VII. idus augusti.

Karlsruhe, General-Landesarchiv. — Abdruck: Gerbert, Hist. Nigræ Silvæ III, 67. — Regest: Jaffé Nr. 5531. — Hidber Nr. 1684.

[1] Wegen des gemeinsamen Waldes Stauffen bei Grafenhausen s. Nr. 71.

Gut erhaltenes Original, dessen Abschrift für mich gütigst Archivdirektor Dr. Roth von Schreckenstein besorgte. An demselben hängt das Bleisigel Innocenz II.

Das Datum ist nach Jaffé bestimmt.

67.

B. de Rheinhart übergibt sich und ihre Güter zu Rheinhart, Aspen und Griesbach an Allerheiligen.

1135.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, qualiter domina B. de Rinhart[1] dicta predium, quod illi pater suus moriens, nullo alio herede superstite, dereliquit, sancto Salvatori sibique in loco Scafhusen (servientibus) contradidit. Igitur pater suus nomine C. de hoc cum discessisset seculo, hanc filiam suam puerilibus dereliquit in annis constitutam. Cuius mater cum post paucos annos fuisset defuncta, utile visum est eius amicis, ut B., frater memorati C., qui erat patruus simul et advocatus puellę, curam ipsius haberet, quousque pueriles transcenderet annos. Quorum jussioni benigne obtemperans, commendavit eam religiosis feminis nutriendam. Cumque nubiles attigisset annos, ultro ascivit patruum suum, predictum B., et peciit ab eo, quatinus sibi liceret seculo renuntiare et in conventu religiosarum feminarum in reliquum desudare. Cuius benigne peticioni annuens, hortabatur eam, ut, quicquid hereditatis jure in seculo possideret, Christo sibique servientibus in loco, ubi habitare delegisset, donaret. Quod ipsa libenter se facturam spopondit ipsumque obnixe rogavit, quatiuus hoc ipsum ad effectum perduceret. Qua de re abiit et nobiles quosque ac claros viros in unum colligens, ipsisque cernentibus, sancto eam presentavit altari. Quo in loco stans, seculari, ut erat, habitu induta, rogatu sui patrui, prefati scilicet B., ceterorumque amicorum suorum tradidit predia sita in villulis scilicet Rinhart,[1] Aspa,[2] Griezbach[1] dic(tis) sancto Salvatori eiusque genitrici Marie, omnibus sanctis et electis Dei, ad quorum laudem et honorem constructus est locus ille, omnibusque Deo in illo loco servientibus viris ac mulieribus, pro remedio anime sue parentumque suorum et requie omnium fidelium vivorum et mortuorum, et ut una ex sororibus nostris deinceps haberetur. His igitur rite peractis, prostrata in facie a domino abbate benedicitur mutatoque seculari habitu humili veste induitur, mox quoque sororibus nostris associatur, de cetero ut una ex ipsis tractanda. Sed ut hec traditio stabilis et inconvulsa permaneat, ex his viris, qui in presenti aderant, ubi ista

omnia, ipsis cernentibus, gesta sunt, quosdam nominatim expressimus: Illic ergo aderat comes Eberhardus de Nellinburc, noster advocatus. Ődalricus comes de Rammisberc.[3] Heinricus de Ch....abe[a]..[4] Landoldus de Seolvingin.[5] Gerhardus de Hŏnstetin.[6] Eberhardus et frater eius Adilbero de Tuielo.[7] Heinricus et Rŏdolfus nepos eius de Tengin.[6] Hermannus de Aspisingin.[8] Diethelmus de Lutegaringin[2] et Ődalricus. Ődalricus de Rammisheim[1] et frater eius Ernist. Bernhardus de Lŏningin.[1] Guntram de Sverzin.[4] Herchinbolt de Lienheim.[b 4] Rŏdegerus de Hofestetin.[9] Otto de Reginsberc.[9] Bilgerin de Iestetin.[4] Arnoldus de Lengenanc[10] et alii multi, quorum nomina hic inserere perlongum duximus.

Acta est autem hec traditio anno dominice incarnationis MCXXXV., regnante Lothario rege pacifico.

a. Vom Schreiber am Rande nachgetragen. b. Von gleicher Hand übergeschrieben.

Schaffhausen, Ministerialbibliothek. — Abdruck: Nengart, Cod. dipl. II, 66. — Mone's Anzeiger VI, 10 (nach einer spätern Abschrift). — Regest: Oberrhein. Zeitschrift I, 75. — Hidber Nr. 1692.

[1] Rheinhart, jetzt abgegangener Ort im Forste Rheinhart, östlich von Schaffhausen, Griesbach, Ramsen, Löhningen, Kant. Schaffhausen. [2] Aspen bei Oehningen. Liggeringen, bad A. Constanz. [3] Ramsberg, bad. A. Pfullendorf. [4] Wohl „Chussaberc" zu ergänzen = Küssenberg, Schwerzen, Lienheim, Jestetten, bad. A. Waldshut. [5] Seelfingen, bad. A. Ueberlingen. [6] Honstetten, Thengen, bad. A. Engen. [7] Hohentwiel. [8] Espasingen, bad. A. Stockach. [9] Hofstetten, bei Regensberg, Kant. Zürich. [10] Ober-Unterlengnau, Kant. Argau.

Gut erhaltenes Original, geschrieben auf das letzte Blatt von Cod. 79.

68.

Konrad III. bestätigt die Freiheiten und Besitzungen von Allerheiligen.

1145. (April — Mai.) Worms.

(Chr) In nomine sancte et individuę trinitatis Cůnradus, divina favente clementia Romanorum rex secundus. || Regię dignitatis habitus quidam et gloria est, ęcclesiarum Dei paci et tranquillitati clementer providere et eorum precipue cum pietate et misericordia curam gerere, qui, spretis mundi || oblectamentis relic-

tisque omnibus, crucem suam bajulantes, Christum cottidie mundi contemptu et carnis mortificatione sequuntur. Ea propter omnium Christi nostrorumque fidelium, || tam futurę quam presentis ętatis, industrię notum esse volumus, quod Everhardus quondam comes venerabile quoddam cenobium apud villam Scafhusam in suę proprietatis fundo edificavit et beato Petro oblatum in jus perpetuum et tutelam apostolicę sedis tempore Gregorii, pape huius nominis septimi, cum consensu et concessione divę recordationis avi nostri, imperatoris augusti Heinrici IIII., absque ullius contradictione contradidit. Quicquid igitur immunitatis a predicto pontifice sanctę et apostolicę sedis itemque ipsius successoribus, sacrosanctę Romanę ecclesię presulibus, ipsi loco collatum est et a felicis memorię avo nostro, Heinrico IIII. Romanorum imperatore augusto, itemque Heinrico, avunculo nostro, imperatore V. augusto, concessum est, nos quoque concedimus et lege in perpetuum valitura roboramus. Decernimus itaque, ut universa, quę prefatus comes et filius eius Burchardus itemque alii cuiuscumque ordinis viri predicto cenobio de suis facultatibus contulerunt et quecumque hodie possidet, firma tibi, reverende abba Adelberte II., tuisque successoribus ad usum monachorum Deo ibi servientium necnon pauperum seu hospitum et illibata in omne tempus permaneant, *nec liceat tibi tuisque successoribus inde quicquam, nisi ex fratrum consilio in beneficium dare aut milites aliquos creare. Preterea decreto in eternum mansuro* statuimus, *ut nulli omnino viventium liceat, jam dicto monasterio aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii juris, non advocatie, non investiture, nec cuiuslibet potestatis, que libertati et quieti fratrum noceat, vendicare. Abbas sane cum fratribus advocatum sibi, quem utiliorem providerint, instituat. Qui si postmodum monasterio inutilis fuerit, imperiali judicio deponatur, et alius utilior futurus ab abbate et fratribus absque ullius contradictionis scrupulo substituatur. Qui advocatus in possessionibus sepedicti monasterii nullam potestatem habeat castellum aliquod vel munitionem edificare neque aliquas hospitationes indebitas aut precarias seu freda et redibitiones exigere aut palefridos tollere, non secundum advocatum sine permissione abbatis et fratrum ordinare, sed contentus sit concesso sibi jure et tercia portione earum rerum, que de litium compositionibus fori jure accrescunt. Predia monasterii et mancipia utriusque sexus ad ipsum monasterium pertinentia distrahere, alienare vel in beneficium dare non presumat.* Ipsum enim locum Scafhuse cum omnibus pertinentiis suis, ęcclesia, nundinis, mercato, moneta, naulo, theloneo, *foreste, silvis, piscationibus, molendinis,* vineis, *aquis,* agris et *pascuis, servis et ancillis,* exitibus et ingressibus, quesitis et acquirendis, *ad potestatem et dominium abbatis presentis decreti pagina* pertinere statuimus; cellam

sanctę Agnetis[1] cum omni jure et sibi attinentibus; cellam Gravonhusen[2] cum monte Stoufin, cum propriis et communibus usque in medium rivuli Albę[2]; cellam Hiltineswilare[3] cum omnibus pertinentiis suis; predium Illinŏwe[4] a comite Adelberto illic traditum et a Godefrido[5] in plena curia Wormacię coram nobis confirmatum est cum ęcclesia et cunctis decimationibus, advocatia, personis et censu earum; allodium Gevehardi, episcopi Constantiensis, in Mouvenheim[6]; item allodium Wernheri in Kircheim[7] cum illic attinentibus; item predium Aribonis Sunthoven[8] cum ceteris; item predium Heinrici de Evenwilare[9] Mistelbrunne,[10] Mouvenheim,[6] Perslinge[11] et Lupins;[12] item predium Roperti in Berselingen[11]; item predium Bertoldi in Ammelegeresvelt[13]; item predium Heinrici et aliorum in Bibera[11]; item predium Everhardi in Blaisteden et Rudelinge[15]; item predium Sigefridi et fratrum eius in Rûti[16] cum omnibus appenditiis; predium Rodulfi et uxoris eius ac filię in Waten et Weninge[17] cum ęcclesia, decimationibus, advocatia et ceteris redditibus; item Riet[11] cum cęteris; item predium et ęcclesiam in Buselinga[6] cum investitura, advocatia, decimationibus et omni jure; redditus Manegoldi et uxoris eius ac filię in Wilare[18] cum aliis simul traditis; item predium Walteri in Wicen[13] et aliorum; item predium Arnoldi in Ehingen[6] et aliorum; item predium Craftonis in Westeden[19] et neptis eius Dudechę in Ingenwilare[19]; item predium Adelhelmi in Riethen[6]; item predium Gerardi et fratrum eius in Wolcardeswilare[16]; item predium Herimanni et uxoris eius in Sweindorf[16] et Stuzelingen[7] cum cęteris; item predium Swicheri in Sernotingen[20]; item predium Winitheri in Eschenzen[22]; item predium Arnoldi in Stedebach[10] et Epphenhoven[13] cum suis pertinentiis; item predium Wernheri in Ŏwa[21]; item predium Herimanni et aliorum in Richelin.[22] *Has et ceteras eiusdem monasterii possessiones locumque ipsum nulli persone parve aut magne, cuiuscumque sit dignitatis et ordinis, liceat temerarie perturbare* vel eius res aut auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura, quatinus illic Deo servientes fratres ab omni potestate liberi sub nostra et successorum nostrorum, regum videlicet seu imperatorum, defensione optatę libertatis gratia potiantur et a secularibus tumultibus alieni omnipotentis Dei spe-

culatione licentius vacare prevaleant. *Si quis vero temerarius adversus hanc privilegii paginam sciens venire temptaverit, centum libras auri puri componat, cuius pars media prenominato monasterio, pars altera fisco nostro inferatur. Et ut hec rata et inconvulsa omni deinceps tempore permaneant, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri jussimus, manuque propria, ut infra (apparet), corroborantes. Qui presentes aderant testes, subternotari fecimus, quorum nomina hec sunt:* Heinricus Moguntinus archiepiscopus. Albero Trevirorum archiepiscopus. Arnoldus Coloniensis archiepiscopus. Bucco Wormatiensis. Sifridus Spirensis. Burchardus Argentinensis. Anselmus Havelbergensis. Wiboldus Stabulensis[23] abbas. Heinricus Hersveldensis. Folcnandus Laurishamensis.[24] Benedictus Wizenburgensis.[25] Fridericus dux Swevorum et filius eius Fridericus. Herimannus palatinus comes de Reno. Herimannus marchio de Bathen.[26] Ôthelricus comes de Lenzeburg. Werinherus et Arnoldus comites de Bathen.[27] Albertus comes de Levenstein[28] et filius eius Albertus. Ôthelricus de Horninge[29] et cęteri quam plures.

Signum domini Cunradi Romanorum regis secundi. (M)

Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi. (S)

Anno dominicę incarnationis MCXLV., indictione VIII., regnante Cůnrado, Romanorum rege II., anno vero regni eius VIII. Data Wormacie in Christo feliciter. Amen.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 50. — Regest: Stumpf Nr. 3493. — Hidber Nr. 1818.

[1] St. Agnes in Schaffhausen. [2] Grafenhausen mit dem Berge Hohstaufen und dem Bache Alb, bad. A. Bonndorf und St. Blasien. [3] Hiltensweiler, wirt. OA. Tettnang. [4] Illnau, Kant. Zürich, vgl. Nr. 64, 65. [5] Von Spanheim, s. Nr. 68. [6] Mauenheim (diese Schenkung fällt spätestens 1110, das Todesjahr des Constanzer Bischofs Gebhart III. von Zähringen), Büsslingen, Ehingen, Riedheim, bad. A. Engen. [7] Kirchheim, Steusslingen, wirt. OA. Ehingen. [8] Sonthofen, bair. Allgäu. [9] Ebenweiler, wirt. OA. Saulgau. [10] Mistelbrunn, Steppach bei Blumberg, bad. A. Donaueschingen. [11] Berslingen (abgegangen bei Merishausen), Bibern bei Stein, Riedhof bei Merishausen (?), Kant. Schaffhausen. [12] Maienfeld, Kant. Graubünden. [13] Amertsfeld (s. Nr. 44), Weizen, Epfenhofen, bad. A. Bonndorf. [14] Bleichstetten, wirt. OA. Urach (s. Nr. 40). [15] Reutlingen, wirt. Kreishauptstadt. [16] Rente, Volkertsweiler, Ober-Unterschwandorf, bad. A. Stockach (s. Nr. 36). [17] Watt, Ober-Unterweningen bei Regensberg, Kant. Zürich. [18] Im 13. Jahrhundert noch hatte Allerheiligen Güter in Wiler prope Herdern (Rodel im Schaffhauser Staatsarchiv). Das ist entweder Wilen bei Her-

dern, Kant. Thurgau, oder Weilerhof bei Herdern, bad. A. Waldshut. [19] Westätten, abgegangen bei Neuhausen, wirt. OA. Tuttlingen. Innwil bei Hochdorf, Kant. Luzern. Hier (Ingwyle) hatte Allerheiligen wenigstens noch im 14. Jahrhunderte Einkünfte. [20] Jetzt Ludwigshafen, bad. A. Stockach. [21] Au, bad. A. Freiburg i./Br.? [22] Eschenz, Reichlingen am Rhein, Kant. Thurgau. [23] Stablo. [24] Lorsch. [25] Weissenburg im Elsass. [26] Baden-Baden. [27] Baden im Argau. [28] Löwenstein bei Heilbronn, Wirtemberg. [29] Herrlingen, wirt. OA. Blaubeuren.

Gut erhaltenes, einschliesslich des Monogrammes von einer Hand geschriebenes Original. Das Sigel ist abgefallen.

Stumpf hält auch diese Urkunde für verdächtig. Das äussere derselben aber gibt keine Veranlassung hiezu. Ihre Echtheit wird vielmehr dadurch jedem Zweifel entrückt, dass Konrad III. selbst in Nr. 69 ihrer erwähnt, dass ihre Zeugenreihe zu jener in der gleichzeitig für Lausanne in Worms gegebenen Urkunde (Zeerleder, Urkunden der Stadt Bern I, 83) stimmt, und namentlich dadurch, dass sie die Vorlage der Urkunde Friedrichs I. für Allerheiligen von 1154 (Stumpf Nr. 3682, Hidber Nr. 2002) bildet. Die Echtheit dieser zweiten Urkunde aber, die Stumpf ebenfalls für interpolirt hält, wird dadurch gewährleistet, dass auch sie wieder die genau nachgebildete Vorlage für den auch von Stumpf nicht angefochtenen Schirmbrief Friedrichs I. von 1189 (Stumpf Nr. 4518, Hidber Nr. 2603) ist. Auffallend ist an obiger Urkunde, dass in ihr gegen die Wahrheit Heinrich IV. als Consentient erwähnt wird. Aber von ihr an wiederholen alle folgenden kaiserlichen Schirmbriefe für Allerheiligen dieses Einschiebsel, das eben dadurch als echt beglaubigt wird. Mochte Allerheiligen auch im 11. Jahrhunderte einen Schirmbrief Heinrichs IV. verschmäht haben, so kam eben doch die Zeit, in der es Interesse daran hatte, als schon in seiner Gründungsperiode vom Kaiser bestätigt zu gelten. So liess es jenen Satz in die neue Urkunde einrücken, ein Beginnen, das bei den Zuständen der Kanzlei Konrads III., die den Zusammenhang mit der der salischen Kaiser nicht erhalten hatte (Ficker II, 318), nicht allzu schwierig sein mochte. Oder sollte etwa das Monogramm von Nr. 49 die Kanzlei irregeführt haben? Stumpf macht insbesondere auf den Ausdruck dieser Urkunde „milites aliquos creare“ aufmerksam, allein dieser gehört ihr nicht eigenthümlich, sondern ist lediglich aus ihrer Vorlage Nr. 49 entlehnt, wie er denn auch wieder aus ihr in die spätern Kaiserprivilegien für Allerheiligen übergegangen ist.

Vorlagen dieser Urkunde sind Nr. 58, 49 und 26. Das aus ersterer Entnommene ist durch kleinere Lettern, das der zweiten Entlehnte durch liegende Schrift, das der dritten Angehörige durch fettere Schrift hervorgehoben.

In der Bestimmung des Datums folge ich Stumpf.

Aeussere Aufschrift der Urkunde: „Privilegium Cůnradi secundi Romanorum regis augusti.“

69.

Konrad III. meldet dem Bischofe Hermann I. von Constanz, dass er dem Kloster Allerheiligen die Privilegien seiner Vorfahren, und dass Graf Gottfried von Spanheim demselben die Vergabung von Illnau bestätigt habe.

1145. (April—Mai. Worms.)

C(ůnradus), Romanorum rex secundus, H(erimanno), Constantiensis ęcclesię episcopo, gratiam suam et omne bonum. Dilectus noster abbas Scafhusensis libertatem, quam predecessores nostri ipsi loco liberaliter contulerunt, Wormatię in presentia principum et regni, lectis eorum privilegiis, precipua auctoritate fideliter obtinuit, quam libertatem eorum consilio et judicio nos quoque nostri privilegii auctoritate confirmavimus. Gotefredus enim, comes de Sponheim, donationem patris et matris et avi in predio Ilinòwa cum appenditiis suis in presentia nostra et regni laudavit et confirmavit. Unde tuę dilectioni mandando precipimus, quatenus in presentia ęcclesię, lectis literis nostris et privilegio, ea, que nos materiali gladio parati sumus tueri, per te spirituali mucrone defensetur et raptores coherceantur.

Schaffhausen, Ministerialbibliothek. — Copie des 12. Jahrhunderts im Codex 46. — Abdruck: Neugart, Cod. dipl. II, 76. — Regest: Hidber Nr. 1758.

Dieses Schreiben, dessen Datum fehlt, dürfte gleichzeitig mit Nr. 68 erlassen sein.

70.

Eugen III. bestätigt die Freiheiten, Kirchen, Zellen und Zehnten von Allerheiligen.

1149. Januar 28. Rom.

Eugenius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Òdalrico, Scafhusensi abbati, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. || Commissi nobis officii nos hortatur auctoritas pro ęcclesiarum statu satagere et, que recte statuta sunt, stabilire. Proinde, fili karissime, Ò(dalrice) abba, tuis petitionibus an || nuendum censuimus, ut venerabile Salvatoris monasterium, cui auctore Deo presides, quod videlicet ab Everhardo quondam comite apud villam Scafhusam sub honore | omnium sanctorum edi-

ficatum et beato Petro in jus perpetuum oblatum est, ad ęxemplar predecessorum nostrorum sanctę memorię Gregorii VII., Urbani II. et Kalisti II., pontificum Romanorum, apostolicę sedis privilegio munivemus. Presentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate sanctimus, ut quęcunque possessiones, quecunque bona eidem monasterio vel a predicto Eberhardo sive Burchardo comitibus vel ab aliis fidelibus de suo jure oblata sunt aut in futurum offeruntur vel quibuslibet justis modis acquirere contigerit, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat prefatum cenobium temere perturbare vel eius possessiones seu res ceteras auferre, ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: Sane cellulas sanctę Agnetis[1] et sancte Fidis, quę in Nigra Silva in locis Gravenhusin[2] sita est, cum decimis suis, Retunböch[3] cum decimis suis, predium apud Amilgersvelt, cuius termini sunt in dextera parte a ponte, qui vicinus est Magno lapidi, usque ad Salices, in sinistra parte a Sancto fonte usque ad ripam Baldishusin, cuius superiora tendunt usque ad ortum fluvii Metimę, et eius occidentalis plaga est ab ipso fonte Metimę, usque ad predictas Salices,[2] cum decimis suis et decimas in Baldishusin; item cellam et ęcclesiam in locis Hiltinswillare[4] cum omni jure suo et decimis ad eam pertinentibus, sicut Arnolfus et uxor eius monasterio Scafhusensi tradiderunt, ita inconvulsa et firma permaneant; item ęcclesiam in Ilnouve[5] et ęcclesiam in Busilingin[6] ac ęcclesiam in Wolvinhusin[7] cum decimis earum; item ęcclesiam in Lupins[8] et decimationes trium mansorum et partem decimę in Malanzis[8]; item ęcclesiam in Misinharts[9] et ęcclesiam in Siggun[9]; item in Griesingin[10] ęcclesiam et in Remminsheim[7] ęcclesiam; item ęcclesiam in Plidoltshusin[11] et ęcclesiam in Wizzin[2] ac ęcclesiam Seegge[3]; item ęcclesiam in Hemmintal[12] cum decimis suis. Si qua sane deinceps ęcclesiastica secularisve persona, huius privilegii paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat atque a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat et in extremo examine districte ulcioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant Amen.

Datum Lateranis (C), V. kalendas februarii, indictione decima, (M) anno dominicę incarnationis MCXLVIII; pontificatus autem domini Eugenii III. pape IIII.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Abdruck: Fickler 53. — Regest: Hidber Nr. 1884.

[1] In Schaffhausen. [2] Grafenhausen (wie aus der Augabe „in locis Gr." folgen dürfte (vergl. Nr. 56), ist hier „et Slûhse" (Schluchse) zu ergänzen, Amertsfeld, Balzhausen, Mettma, Weizen, bad. A. Bonndorf. [3] Raitenbuch, Saig, bad. A. Neustadt. [4] Hilteusweiler, wirt. OA. Tettuang. [5] Illnau, Kant. Zürich. [6] Büsslingen, bad. A. Engen. [7] Wolfenhausen, Remmingsheim, wirt. OA. Rottenburg. [8] Maienfeld, Malans, Kant. Graubünden. [9] Eisenharz, Siggen, wirt. OA. Wangen. [10] Ober-Untergriesingen, wirt. OA. Ehingen. [11] Pliezhausen, wirt. OA. Tübingen. [12] Hemmenthal, Kant. Schaffhausen.

Gut erhaltenes Original. An demselben hängt an gelblicher (Wollen?)schnur das Bleisigel Eugens III. Die Legende des Circulus lautet: „Benedictus Deus et pater domini nostri Jesu Christi."

Hidber verwirft diese Urkunde als unecht. In der That bietet sie Schwierigkeiten. Da Engen III. am 18. Februar 1145 consecrirt wurde, da in seiner Kanzlei der calculus Florentinus und alle 3 Indictionen neben einander gebräuchlich waren, so ist das Datum der Urkunde unter sich im Einklange; es entspricht dem 28. Januar 1149 unserer Zeitrechnung; damals aber weilte Eugen III. nicht im Lateran, sondern in Viterbo. Ferner hat der hier angebrachte Circulus nicht die gewöhnliche Sentenz dieses Pabstes: „Fac mecum Domine signum in bonum!" Da aber die Schriftzüge, die Form, das Sigel und der Inhalt, welcher nur Wiederholung der früheren Pabstbullen für Allerheiligen ist, durchaus in Ordnung sind, so wage ich nicht, diese Urkunde wegen dieser Bedenken für unterschoben zu erklären. Auch in der päbstlichen Kanzlei werden, wie Ficker mehrfach andeutet, zahlreich nachträgliche Beurkundungen vorgekommen sein, und eine solche möchte ich auch hier annehmen. Am 28. Januar 1148 nämlich war Eugen III. zu Trier; hier werden ihm Gesandte von Allerheiligen um Ausstellung der Urkunde gebeten, und hier wird er den Beurkundungsbefehl gegeben haben. Ausgestellt wurde aber die Urkunde erst nach der Rückkehr des Pabstes nach Rom, vielleicht zwischen Ende November 1149 und Ende April 1150; denn in dieser Zeit hielt sich Eugen III. nachweislich im Lateran auf. Aus der in Trier von den Gesandten Allerheiligens übergebenen Notiz, die nach der gewöhnlichen Zeitrechnung datirte, mag hiebei das Jahr 1148 irrthümlich in die Bulle übergegangen sein. — Die Anwendung einer allgemeinen Formel anstatt der Sentenz des jeweiligen Pabstes scheint öfters vorzukommen; auch diese Urkunden kennen noch eine solche. In Nr. 8 nämlich gebraucht Gregor VII. dieselbe Formel, welche nur eigentliche Sentenz Urbans II. ist, anstatt seiner regelmässigen Devise: „Miserationes tuæ Domine super omnia opera tua."

Das der Vorlage (Nr. 52) Entlehnte ist durch kleinere Lettern kenntlich gemacht. Die Beschreibung der Zelle Grafenhausen steht ebenso wörtlich in Nr. 49.

71.

Konrad III. spricht St. Blasien den mit Allerheiligen strittigen Berg Staufen zu.

1150. August 20. Rothenburg an der Tauber.

(Chr) In nomine sancte et individue trinitatis Cönradus, divina favente clementia Romanorum rex secundus augustus. || Quoniam justicia et judicium pręparatio sedis nostrę sunt, si unicuique justiciam suam, maxime religiosis Christi fidelibus, tam in personis, quam || in possessionibus inviolatam servaverimus, antecessorum nostrorum, regum seu imperatorum, boni emulatores erimus et tam presentis vitę tranquillitatem, || quam eternam beatitudinem nos proinde assecuturos fore non ambigimus. Omnium igitur, tam futurorum quam presentium, Christi fidelium noverit industria, qualiter contentio et controversia, quę fuit inter ecclesiam sancti Blasii et cenobium Scafhusense de monte quodam, qui Stouphen[1] dicitur, coram nobis sepius ventilata, tandem in presentia advocatorum predictarum ecclesiarum, videlicet ducis Cůnradi et Everhardi, comitis de Nellinburch, presente quoque comite illius provincię[2] Růdolfo de Lenzeburch,[3] jussu nostro terminata est, ita videlicet, quod mons predictus liberorum virorum juramento et contestatione proprietati ecclesie beati Blasii adjudicatus est, quorum nomina ad confirmandam huius rei veritatem subscripta sunt: Cůnradus de Chrenkingen.[4] Liutoldus de Reginsberc.[5] Liutoldus de Tegervelt.[6] Heinricus de Chussacberc.[7] Bertoldus de Steineko[8] et Hiltiboldus filius eius. Albertus de Eskingen.[7] Bertoldus de Almůt.[4] Adelbero et Eberhardus de Gurtwilo.[7] Noggerus de Hotiwilare.[9] Liutherus de Lenginanch.[6] Heinricus de Endingin.[6] Anno de Tillindorf[4] et Erinfrit, Bertoldus et Ődalricus de Tillindorf.[4] Bertoldus, Adelbero, Marcwardus de Lochiringin.[7] Lutfridus,[8] Guntherus de Beringen.[10] Eberhardus et Erkinboldus de Lienheim.[7] Landoldus de Selvingen.[11] Burkardus de Wadinswilare.[5] Holdewinus de Askebach.[12] Heinricus de Birdorf.[7] Ripertus de Mucheim.[13] Lutoldus de Mucheim. Heinricus de Unnodingen.[13] Hoc itaque factum, ut ab omnibus, tam futuris quam presentibus, ratum et inconvulsum in perpetuum

servetur, et ut supradictus mons de proprietate ecclesię beati Blasii fuisse et in posterum sine omni contradictione fore credatur, presentis privilegii auctoritate et sigilli nostri inpressione confirmamus, regia auctoritate inhibentes, ut, si quis hoc factum a nobis confirmatum infringere vel prenominatum montem a proprietate vel possessione ecclesię sancti Blasii violenter alienare intenderit, nisi in brevi resipuerit, banno regali nostro subjaceat et camerę nostrę triginta libras auri, totidem jam dictę ecclesię componat. Huius rei testes sunt: Sigefridus Wirzeburgensis episcopus. Guntherus Spirensis episcopus. Anshelmus Havelbergensis episcopus. Arnoldus Aquensis[14] prepositus. Dominus Albertus Coloniensis canonicus. Otto de Andelaha.[15] Comes Heinricus de Veringen.[16] Comes Emecho de Liningen.[17] Comes Engelhardus de Lobenhusen.[18] Regenboto de Roggingen.[19] Dieppertus de Spileberc.[19] Dieppertus de Winesberc.[20] Arnoldus dapifer.

Signum domini Cůnradi, Romanorum regis secundi augusti. (M)

Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici, Maguntini archiepiscopi et archicancellarii, recognovi. (S)

Data Rŏthenburc[19], XIII. kalendas septembris, anno dominicę incarnationis MCL., indictione XIII., regnante Romanorum rege Cůnrado secundo augusto, anno vero regni eius XIII.

a. Von gleicher Hand über der Zeile nachgetragen.

Karlsruhe, General-Landesarchiv. — Abdruck: Herrgott, Geneal. Austriaca II, 174. — Neugart, Cod. dipl. II, 81. — Regest: Dumgé, Reg. Badensia 45. — Böhmer 2228. — Stumpf Nr. 3573. — Hidber Nr. 1900.

[1] Der mehrgenannte Berg Hohstaufen südlich vom Schluchsee, s. Nr. 70. [2] Des westlichen Albgaues oder der Grafschaft Hauenstein. [3] Lenzburg, Kant. Argau. [4] Krenkingen, Allmut, Dillendorf, bad. A. Bonndorf [5] Regensberg, Wädenschwil, Kant. Zürich. [6] Tägerfelden, Ober-Unterlengnau, Ober-Unterendingen, Kant. Argau. [7] Küssenberg, Berg- oder Wuteschingen, Gurtweil, Ober-Unterlauchringen, Lienheim, Birndorf, bad. A. Waldshut. [8] Steinegg bei Wehr, bad. A. Säckingen. [9] Hüttwilen, Kant. Thurgau. [10] Beringen, Kant. Schaffhausen. [11] Seelfingen, bad. A. Ueberlingen. [12] Eschenbach bei Hochdorf, Kant. Luzern. [13] Unadingen, bad. A. Donaueschingen, wegen der Zusammenstellung mit demselben dürfte Mucheim eher das neben Unadingen abgegangene Manchen (an der Mauchach) sein, als der Ort d. N. im bad. A. Bonndorf. [14] Achen. [15] Andlau, Elsass. [16] Veringen, Hohenzollern. [17] Leiningen, bair. Pfalz. [18] Lobenhausen, wirt. OA Gerabronn. [19] Röggingen, Spielberg bei Wassertrüdingen, Rothenburg a./Tauber, bair. Mittelfranken. [20] Weinsberg bei Heilbronn.

Gut erhaltenes Original. Das Sigel zerbröckelt.

Den Neugart'schen Abdruck verglich mit dem Originale für mich gütigst Archivdirektor Dr. Roth von Schreckenstein.

72.

Bischof Otto von Constanz beurkundet die 1131 geschehene Vergabung von Güter in Büsslingen und Wiechs an Allerheiligen.

1167. Dezember 27. Schaffhausen.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. O(tto) Dei gratia Con||stantiensis ęcclesię humilis minister. Notum sit omnibus tam futuri quam presentis temporis Christi fidelibus, qualiter Anno de || Busilingin[1] predium, quod in eadem villa et in Wiach[1] jure hereditario possederat, || pro remedio animę suę et parentum suorum Scafhusensi monasterio in usum fratrum ibidem Deo servientium contradidit preter domum in atrio ęcclesię Busilingin sitam et preter duas curtes, unam predictę domui adjacentem, alteram in villa, quas ipsi parrochiali ęcclesię de Busilingin seorsum donavit. Ad hęc omnes decimas, quę sui juris erant, eidem ęcclesię contulit, exceptis decimis in Northaldun[1] et in Burrọn[1] et in Wile,[1] quas prefatus Anno in usum sanctimonialium beatę Agnetis[2] Scafhusensi monasterio contradidit. Ut autem hęc donatio firma et inconvulsa permaneat, presentem inde paginam scribi et sigilli nostri impressione jussimus insigniri, auctoritate Dei omnipotentis et nobis ab ipso collata precipientes et confirmationem beatę memorię H(erimanni) episcopi, predecessoris nostri, corroborantes, ut nullus hominum legitimam sepedicti Annonis donationem infringere aut contra eam in aliquo malo ingenio venire presumat. Si quis igitur huius precepti nostri et confirmationis transgressor extiterit, se a communione fidelium separatum et iram Dei omnipotentis noverit incursurum.

Acta est hęc traditio anno dominicę incarnationis MCXXXI., indictione VIIII., regnante Lothario imperatore, sub Adelberto huius nominis primo (abbate) in ipso loco Scafhusensi. Interfuerunt autem hi testes: Eberhardus[4] eius loci advocatus. Ŏdalricus comes de Gamirtingin.[5] Adelbertus comes de Qui-

burk.[6] Liutholdus de Stölingin.[7] Adelbertus de Gerswilare.[8] Ernest de Riutelingin.[9] Landoldus de Selvingin.[10] Wezil de Sneggin burk.[11] Ernest de Rammisheim.[9] Heremanus de Madilsburron.[10] Heinricus de Tengin.[1] Guntrammus de Swerzin[12] et alii complures.

Acta est hęc confirmatio anno dominicę incarnationis MCLXVII., feria III., VI. kalendas januarii, regnante Friderico imperatore, sub Eberhardo ipsius loci abbate, in ipso monasterio Scafhusensi. Hi autem testes interfuerunt: Bertholdus prepositus majoris ęcclesię.[13] Waltherus abbas de Mure.[14] Gerlo abbas de Tezilnheim.[15] Eberhardus presbiter et capellanus de Bodimmin.[16] Rŏdolfus de Lunchunft.[17] Rŏdolfus et frater eius Waltherus de Brasberk.[18] Wernher de Tornlinchoven.[6] Gerhardus de Chrunbach.[19]

Ego Hugo scripsi et subscripsi.

Schaffhausen, Staatsarchiv. — Regest: Hidber Nr. 2238.

[1] Büsslingen, Wiechs, Nordhalden, Beuren am Ried, Weil, Thengen, bad. A. Engen. [2] Zu Schaffhausen. [3] Hermann I., 1138—1166. [4] Graf von Nellenburg. [5] Gamertingen in Hohenzollern. [6] Kiburg, Dorlikon, bei Winterthur, Kant. Zürich. [7] Stühlingen, bad. A. Bonndorf. [8] Geretswil bei Andwil, Kant. St. Gallen. [9] Rüdlingen, Ramsen, Kant. Schaffhausen. [10] Seelfingen, Mahlspüren, bad. A. Ueberlingen. [11] Schnekenburg, Parzelle der Stadtgemeinde Constanz bei Petershausen. [12] Schwerzen, bad. A. Waldshut. [13] Des Constanzer Doms. [14] Muri, Kant. Argau. [15] Jetzt Windecken bei Frankfurt. [16] Bodman, bad. A. Stockach. [17] Ober-Unterlunkhofen, Kant. Argau. [18] Prasberg, wirt. OA. Wangen. [19] Krummbach, wirt. OA. Tettnang, oder bad. A. Pfullendorf oder bad. A. Meskirch?

Gut erhaltenes Original. Das Sigel hängt an röthlicher Schnur; es zeigt den Bischof sitzend auf einem Stuhle mit Lehne, in der rechten Hand den Stab, in der linken das Evangelienbuch haltend. Die Umschrift ist weggebrochen.

Weil die Urkunde in Schaffhausen gegeben wurde, wo schon im 11. Jahrhundert das Jahr mit 1. Januar, nicht mit Weihnachten begonnen wurde (wie sich aus Nr. 16, 22, 23, 24, 25 bestimmt ergibt), nehme ich als das Jahr der Urkunde 1167, nicht 1166 an, wie sonst zweifelsohne aufgelöst werden müsste.

B.

Güterbeschrieb von c. 1150.

In[a] hoc libro descripta continentur predia monasterii domini et salvatoris nostri Jhesu Christi ac sanctę dei genitricis Marię omniumque sanctorum, quę fideles et nobiles viri pro redemptione animę suę atque parentum suorum huic prepotestativa manu donaverunt et omnino in proprietatem tradiderunt. Hęc ergo vota fidelium, precia peccatorum, patrimonia pauperum quisquis diabolica presumptione instigatus hostiliter invadere aut devastare vel in proprietatem redigere attemptaverit, sciat, se procul dubio ab ipso domino et salvatore nostro Jhesu Christo et beato Petro ac Paulo, quorum potestati atque dominio ac sacrosanctę Romanę et apostolicę ęcclesię quasi dotaliter[b] mancipa || ta sunt, necnon et a sancto Leone papa VIIII., qui primus hunc locum Deo consecravit et apostolica auctoritate devotissime confirmavit, aliisque tribus successoribus eius, videlicet Alexandro papa II.,[c] Gregorio papa VII.,[c] Urbano papa II.,[c] excommunicatum et imperpetuum dampnatum, si digna satisfactione non emendaverit.

Igitur beatę memorię Eberhardus comes, institutor et fundator huius loci, et uxor eius Ita filiusque ipsorum Burchardus comes donaverunt et omnino in proprietatem tradiderunt domino et salvatori nostro Jhesu Christo omnibusque sanctis eius locum, qui

a. Schöne Initiale. b. „Eccl. — dotaliter“ auf Rasur von der Hand desselben Schreibers. c. „Papa II, papa VII., papa II.“ von gleicher Hand übergeschrieben.

dicitur Scafhusan, cum omnibus, quę in eo hereditario jure posséderunt vel per legitimum concambium acquirere potuerunt.

Quedam autem pars eiusdem loci concambita est ab Adelberto comite de Heigirloch[1] cum predio, quod dicitur Hardirin,[2] || quod concambitum est de monasterio sancti Blasii cum prediis, quę dedit Reginboto de Utinwilari,[3] et aliis quam plurimis.

De hac igitur villa legitime constituta sunt tributa annuatim persolvenda: de areis, quę C et XII numerantur, XI talenta, de moneta VIII talenta, de panificis X et VIII talenta, de theloneo XIII talenta,[a] de VIIII tabernis cervisię X et VIII talenta,[a] de duabus tabernis vinariis XIIII talenta, de scamnis, quod vulgariter dicitur pankschillinch, VI talenta,[a] de navibus quinque taleuta.[a] Summa autem huius numeri computatur: octoginta[b] et III[c] talenta.[4]

Insuper vero adjacet vinea satis bona, ad quam pertinent X et VII tresjusjurnales,[d] item alia vinea. Sunt etiam duo molendina non me || diocriter utilia et alia quam plurima, quę nimis longum est dinumerare per singula.

Item Eberhardus comes tradidit curtim, quę dicitur Widilôch.[5] Pars autem illius concambita est cum predio Walthusan,[6] quod dedit Adelbertus de Strazza.[7] Ad huius terram salicam[e] computantur XVI mansi.

Item Eberhardus comes tradidit curtim, quę dicitur Hallaugia,[8] cum omni jure, quod ad hanc pertinebat. Ad hoc etiam ibidem comparatum est predium a supradicto Adalberto comite[1] cum CXX libris. Ad huius terram salicam[f] pertinent VII mansi. Insuper autem ibi computantur XIIII mansi et XXXIIII tresjusjurnales[d] et LV mansi silvę et molendinum. Mansionarius[g] dabit per singulos annos XXXIII

---

a. „Talenta“ von gleicher Hand übergeschrieben. b. Darüber steht „LXXX“. c. Darüber „tria“. d. Darüber „id est scōpozzi“. e. Hs. „trasalica“ (so auch im folgenden), darüber „id est sellanth“, wesshalb jenes in „terra salica“ aufzulösen ist. f. Darüber „id est seillant“. g. Darüber „id est hōbare“.

[1] Haigerloch, Hohenzollern. [2] Herdern, bad. A. Freiburg i./Br. Dies Gut war dem Grafen Adelbert als Herrn von Wiesnegg (s. Nr. 27) wohlgelegen. [3] Uttenweiler, wirt. OA. Riedlingen. Ueber Reginbotos Schenkung sind wir nicht unterrichtet. [4] In Wahrheit sind es 93 talenta. [5] Widloch bei Buchthalen, Kant. Schaffhausen. [6] Waldhausen bei Bräunlingen im Schwarzwald, wenigstens hatte in dessen Nähe Allerheiligen noch andern Besitz, s. unten. [7] Strass bei Gachnang, Kant. Thurgau. Ad. Schenkung ist sonst unbekannt. [8] Ober-Unterhallau, Kant. Schaffhausen.

sextarios probatissimę cervisię,[a] II porcos saginatos, II oves, IIII modios speltę,[b] pannum lineum || XII cubitorum longitudinis[c] et IIII latitudinis, si linum dabitur, si non[d] autem, VI cubitorum, item pannum laneum VIIII cubitorum, si lana dabitur, V gallinas,[e] XXX ova. Ter in anno debet presentare caballum suum ad XIIII dies, a festivitate sancti Martini [11. Nov.] usque ad medietatem martii[f] debet pascere bovem unius anni aut duas oves, sex denarios dabit, qui dicuntur wormphenninge, et unum onus fęni, quod vocatur castburdi. A tempore araturę in omni II. feria debet jurnalem[g] arare aut III dies servire, semel in anno faciet winscari in Brisgouvi, in mense maio debet II ebdomadibus cum II bubus operari, ubicunque jubetur.

Item Eberhardus comes tradidit sancto Salvatori omnibusque sanctis eius villam, quę dicitur Gnûthwilare,[1] cum qua aliæ villæ, quę dicuntur[h] Wolvenhusen et Remmingesheim,[2] || a quodam Wolmaro[3] comite sunt concambîte. Hęc autem predia IIII ęcclesias continent, computantur etiam ad sexaginta[i] mansos agrorum, pratorum, silvarum et molendinum unum et mancipia multa tributaria.

Item Eberhardus comes tradidit in villa, que dicitur Nivenhusan,[4] XV mansos, Reginboto et frater eius Marcwarth II, Adelbertus unum, Wolkhart I, Ernest I. Omnes pariter XX computantur.

Item Eberhardus comes tradidit cellam, que dicitur Gravenhusan,[5] et omnia, quę ad eam pertinere videntur.

Item Eberhardus comes tradidit in villa, quę dicitur Guntrammingen,[6] V mansos.

Item Eberhardus comes tradidit locum, qui dicitur Fulach,[7] item apud Öviltingen III tabernas, quarum unaquaque debet talentum dare, et I aream, que[k] III solidos solvit,[k] et molendinum, et insuper

---

a. Darüber „pier". b. Darüber „id est II maltera chernen". c. „Long" theilweise auf Rasur. d. Hs. „sin". e. Darüber „id est hôner" f. Hs. „mar." g. Darüber „jûch". h. Auf Rasur. i. Darüber „LX". k. Uebergeschrieben.

[1] Knutwil, Kant. Luzern. [2] Wolfenhausen, Remmingsheim, wirt. OA. Rottenburg, s. A, Nr. 49, Anm. 10. [3] Volmar I. von Froburg. Noch im 14 Jahrhundert besassen die Grafen von Froburg die Vogtei zu Knutwil. [4] Neuhausen ob Eck, wirt. OA. Tuttlingen, wie aus A, Nr. 49, Anm. 4 und 8, folgt. [5] Grafenhausen, bad. A. Bonndorf. [6] Guntmadingen, Kant. Schaffhausen. [7] Abgegangen nordöstlich von Schaffhausen.

ibi est[a] agrorum et silvarum I mansus (!) et dimidius (!), et apud Hapinmuli[b] [1] III mansos et tresjusjurnalem I et molendinum.[c]

|| Item pie memoriç Burchardus comes et mater eius sanctç recordationis Ita donaverunt et omnino in proprietatem tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius villam, que dicitur Bösingen,[2] et omnia, que ad eam pertinebant,[d] ad cuius terram salicam[e] computantur X mansi, et insuper XIII mansi[a] et XXXVIII tresjusjurnales et II molendina. Ad çcclesiam autem Chirirberch[2] pertinent IIII mansi. In viculo autem, qui dicitur Gennarisbrunnen,[3] V mansi et IIII tresjusjurnales numerantur, apud Valchinberk II mansi, item duç silvç, quç dicuntur Rinharth et Pezzirnlôch,[4] ad LX mansos computantur.

Item Burchardus comes et uxor eius Hadewîch tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius curtim, quç dicitur Hemmental,[5] cum silva, quç vocatur Rando,[5] cum omni jure et utilitate, quç ullo modo inde || provenire poterunt. Illic ergo computantur VIIII mansi et XI tresjusjurnales. De silva autem constitutum est annuatim reddendum XX maltra avenç Turegiensis mensurç et LXXX gallinç[f] et mille ova.

Item Burchardus comes tradidit apud Horwan[6] mansum I et tresjusjurnalem I et dimidiam partem Abitenhûsen.[6] Alteram autem partem tradidit Bernardus et mater eius.[7]

Item Burchardus tradidit in locis, quç dicuntur Bercheim et Richenbach,[8] IIII mansos.

---

a. Uebergeschrieben. b. „Muli" auf Rasur. c. „Et tresius. — mol." unten nachgetragen. d. „Et omnia—pertinebant" übergeschrieben. e. Hs. „trasalicam". f. Darüber „id hôner".

[1] Happenmühle, Unteruhldingen, bad. A. Ueberlingen; denn die Zahl der Tabernen weisen auf diesen Stapelplatz, nicht auf den unbedeutenden Bauernort Oberuhldingen hin. [2] Büsingen, Kirchberg, bad. Enclave bei Schaffhausen. [3] Gönnersbrunn bei Schaffhausen, östlich davon der Wald Falkenberg, der seinerseits nur einen Theil des ehemaligen Forstes Rheinhart ausmacht. [4] Dieser Waldname scheint nicht erhalten; jedenfalls lag Pezzirnloch auch im Rheinhart. [5] Hemmenthal, hoher Randen, Kant. Schaffhausen. [6] Horben bei Illnau und nahe dabei Ettenhausen, Kant. Zürich. [7] Diese Schenkung kennen wir nicht. [8] Da der Güterbeschrieb das geographisch zusammengehörige zusammenstellt, so liegen diese Orte nicht ferne von einander. Nirgends aber finde ich Orte d. N. benachbart, ausser im Neckarthal. Ich deute dieselben desshalb als Berkheim und Reichenbach bei Esslingen. Wirklich waren auch die Nellenburger im Neckargau (Kirchheim, Billizhausen, s. A, Nr. 5) begütert.

Item Eberhardus comes et filius eius Burchardus comes tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius vineam unam in villa, quę dicitur Malancis.[1] Ille vinitor debet I plaustrum dare cum omni jure usque ad lacum Bodimse et legato[a] domini nostri ovem I, VI denarios valentem, et VI quartaria[b] vini et XXX panes et XXX || ova, tres gallinas[c] et tantum butiri ac salis, ut cetera coqui possint, caseum I, duos denarios valentem, et dimidium modium avene onusque fęni et omne instrumentum, quod ad cupam[2] I pertinet, et ovem I, que dicitur petefrischink.[2] Illi autem dabuntur VIIII modii hordei vel siliginis.

Item Burchardus comes dedit II vineas et dimidiam in villa, quę dicitur Flaessca.[1] Hi vinitores debent omnia persolvere, que et supradictus.

Item Burchardus comes tradidit curtim, quę dicitur Lupînis.[1] Ad hanc ergo pertinent III mansi et dimidius et III vineę cum omni jure. De manso autem dabuntur annuatim XV metretę, quod vulgariter dicitur zôber, excepto I sextario, si autem vinum non nascitur, I talentum in precio, sagmarius[2] I herbarius, alter fenarius. Si sagmarius condonatur, || dabitur solidus in precio, ovis I ad expedicionem, VI denarios valentem (!), iterum alia ovis, quę petefrischink nuncupatur, plaustrum I cum omni jure usque ad lacum Bodimse et omne instrumentum, quod pertinet ad cupam[2] I; legato domini nostri ovis I, VI denarios valens, VI quartaria vini, XXX panes, XXX ova, tres gallinę,[c] caseus I, II denarios pensans, tantum butiri ac salis, ut cetera coqui possint, dimidius modius avenę et onus fęni. In dominico agro debet mansionarius[d] arare, occare, metere et inferre, item in prato dominico secare et inducere, de alpibus caseos portare ad dominicum cellarium, in martio et in festivitate sancti Johannis Baptiste [24. Juni] et sancti Martini [11. Nov.] ad dominicum placitum[e] venire ibique legato domini nostri quartarium vini, VI panes, caseum I, dimidium modium avenę onusque feni dare, quod et ille vinitor de Ma || lances[1] observare debet ac persolvere. Insuper man-

a. Darüber „id est windinbotin", d. h. Weinlesebote, s. Anzeiger für schweiz. Gesch. 1864, S. 67. b. Darüber „id est vierteil". c. Darüber „id (est) hôner". d. Darüber „id est hôbare." e. Steht auf Rasur.

[1] Malans, Fläsch, Maienfeld, Kant. Graubünden. [2] Saumpferd, Stande, Abgabelamm, s. Anzeiger für schweiz. Gesch. 1864, S. 66.

sionarius predictus debet domino nostro decimas dare omnium, quę possidet, et oblationem suam, ut constitutum est, in nativitate Domini necnon V plaustra onusta stercoris in dominicam vineam ducere. Vinitor autem per omnia ea lege, qua et ille de Malances, constringitur.

Adhuc ibi tres sunt vineę, quę concambitę sunt cum predio, quod dedit Piligrinus de Hössinchilichûn[1], pro predio Heremanni de Hoinstetin,[2] quod situm est in loco, qui dicitur Biurrin.[2] De his ergo vineis dabuntur eadem, quę et de supradictis. Vinitoribus autem debentur XXX et VIII modii siliginis aut hordei. Custos vero silve debet pannum dare XII cubitorum longitudinis et duorum latitudinis, hircinam pellem, VI denarios valentem in precio, et ter in anno ad placitum venire, ut mansionarius, et legato domini nostri || eadem dare, quę et ille. Ille igitur, qui dicitur senni, debet paschalem ovem dare et oblationem, quę ad hanc pertinet, atque hircinam pellem, VI denarios valentem in precio, plaustrumque I cum omni jure usque ad Bodimse et in tempore vindemię et placitorum[a] eadem, quę et mansionarius. Si habet plures quam V vaccas, dabit VIII talenta butiri et de unaquaque XX caseos, caseus autem debet II denarios habere in precio, iterum de unaquaque vacca cigaran[b] unum, II denarios valentem. Cellerarius ergo debet de grege dare L caseos, ita ut caseus II denarios valeat in precio, ad hoc etiam dominum nostrum aut legatum eius suscipere et sufficienter eis victualia prebere. De navibus autem debetur nobis quarta pars, de molendino vero, quod nostrum est dimidium, VI modii hordei et pannus XII cubitorum longi || tudinis. Habemus etiam ibidem vinariam tabernam cum omni jure et super hęc omnia mancipia quam plurima tributaria. Vir debet denarios XXX, mulier autem XV.

Item Eberhardus comes tradidit sancto Salvatori et omnibus sanctis eius predium, quod situm est in pago Brisgouvi, quod Talehusen[3] dicitur. Item Chôno, comes de Wölvilingin,[4] tradidit pre-

a. Steht auf Rasur. b. Darüber „sirtem“ (heutę noch Sirte dialektisch für Zieger).

[1] Hosskirch, wirt. OA. Saulgau; über Pilgrims Tausch sind wir nicht näher unterrichtet. [2] Honstetten (s. A, Nr. 32), Beuren, bad. A. Engen. [3] Thalhausen, bad. A. Freiburg i./Br. [4] Wülflingen bei Winterthur, Kant. Zürich. Chuno gehört zu den Grafen von Achalm.

dium, quod dicitur Chernes,[1] et quędam nobilis femina nomine Hicela, quod Tannis[2] nuncupatur, cum quibus concambita sunt Tögin[3] et Ebinoti[3] et I area apud Cruppach[3], ad quam pertinet illa giemeinmerchi, que in monte sita est.

Item Berhtoldus et frater eius Adilbero tradiderunt partem predii, quod dicitur Husan;[4] cetera autem ibidem concambita et comparata sunt.

Item Wipertus et frater eius Crafth[5] tradiderunt predium, quod Amiltran[6] nuncupatur.

Item Dietricus de Hâchberg[7] tradidit predium apud || Eberingen;[8] major autem pars concambita est cum Böcheim,[8] quod dedit Nantwich, filius Wolmari. Item Dietricus dedit predium apud Horicheswilare,[9] aliud autem quedam nobilis femina nomine Johanna,[3] necnon et illud apud Wendilingen.[8] Hęc omnia computantur ad L mansos videlicet agrorum, pratorum, silvarum et insuper XL duo manverch vitium.

Item Herimannus et frater eius Hartnidus, Wolfgangus et fratres eius Sigefridus, Eberhardus, Cŏnradus et Othgoz[10] donaverunt et omnino in proprietatem tradiderunt sancto Salvatori et

---

[1] Kerns, Kant. Unterwalden. [2] Weil mit Kerns zusammengestellt, entschieden nicht ein Gnt Tannen bei Schaffhansen, eine Annahme, die sprachlich schon unmöglich ist. Tannis muss vielmehr, da der Güterbeschrieb das geographisch Zusammengehörige znsammenstellt, bei Kerns liegen; es ist ohne allen Zweifel Stans in Unterwalden. Ob aber Tannis die älteste Form für Stans, so dass S erst später an Tannis angewachsen wäre, oder ob Tannis lediglich Schreibfehler für Stannis ist, wage ich nicht zn entschciden. [3] Thaingen, Kant. Schaffhansen, Ehnet heisst hente noch ein Gewann bei Schaffhausen. Cruppach ist bei Thaingen zu snchen. Hiess etwa der dort entspringende Herblinger Bach, der Krebsbach, ehedem also? Giemeinmerchi bedentet Almend. [4] Hansen am Ballenberg, bad. A. Engen. Hier war der Kanton Schaffhansen als Rechtsnachfolger von Allerheiligen bis in nnser Jahrhnndert herein giltberechtigt. Die Erwerhung dieses Besitzes kennen wir nicht. [5] Von Opfingen, s. A, Nr. 30. [6] Amoltern am Kaiserstuhl, Breisgran. [7] Der Donator Theodericus von A, Nr. 18? [8] Ebringen, Bnchheim, Wendlingen, bad. A. Freiburg i./Br. [9] Nicht das entlegene Hörschweiler, wirt. OA. Frendenstadt, das allerdings um 1100 Herricheswilare hiess, sondern wegen der Zusammenstellnng ein Breisganer Ort. Nach A, Nr. 19 vergabte Johanna in Thnnsel, Oehlinsweiler, Wendlingen; sollte Horricheswilare etwa der alte Name für das neben Oehlinsweiler liegende Pfaffenweiler sein? [10] Vgl. A, Nr. 32, 35—38.

omnibus sanctis eius in locis, quę dicuntur Hoinstetin, Rorigenwisi, Riuti,[1] agrorum, pratorum, silvarum ad LV mansos.

Item Gerhardus et frater eius Ernest et Gerhardus patruus eorum tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius predia, quę dicuntur Nescilwanc et Eschilôch.[2] || Insuper vero quedam ibi sunt concambita cum predio Urnouva,[3] quod dedit supradicta Johanna. Pars etiam aliqua ibi comparata est. Hęc simul omnia ad XXVI mansos computantur.

Item Adelbero et mater eius Willibirk, Gozpertus et filii eius tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius tale predium, quale ipsi visi sunt habere apud villam, quę dicitur Biberaha,[4] cum omni jure. Cetera autem concambita sunt ab Ŏdalrico de Manburron[5] cum Sepinank et Richilingen[5] et [ab] Heinricho de Bafindorf[6] cum prediis, quę dedit Wolfganc de Hirslath[7], videlicet Kapilla et Meginboldiswilare,[6] et a Pilgrimo[8] cum predio Rafsi,[9] quod dedit Bertha de Loningen.[10] Hęc omnia conputantur ad X mansos. Apud villam autem Hammingeshoven[10] habemus I mansum.

Item Voko et filii eius Richolf et Wolmar atque cognatus eorum Eberhardus[a] [11] || tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius apud villam, quę dicitur Guindinchoven[12], VI mansos.

Item Mahthilt inclusa trad[di]it mansum unum apud Nivenhusen.[13]

Item Gebehardus episcopus[14] et Heinricus de Ebenwilare[15]

---

a. Ueber Eberhardus steht „maximam partem dedit", unter Eberhardus „de Banchilshoven".

[1] Houstetten, Rorgenwies, bad. A. Engen. Reute, bad. A. Stockach. [2] Nesselwangen, bad. A. Ueberlingen, Escheloch heute noch Name eines Feldgewanns in dortiger Gemarkung, vgl. A, Nr. 21. [3] Urnau, bad. A. Ueberlingen, s. Nr. 20. [4] Bibern bei Stein, Kant. Schaffhausen, s. A, Nr. 16. [5] Mammern, Reichlingen, Kant. Thurgau. Sepinank lag nach einem Rodel Allerheiligens aus dem 13. Jahrhundert (Schaffhauser Staatsarchiv) zwischen Reichlingen und Schlattingen. [6] Bavendorf, Kappel, Megetsweiler, wirt. OA. Ravensburg. [7] Hirschlatt, wirt. OA. Tettnang. [8] Von Hosskirch? [9] Rafz, Kant. Zürich. [10] Löhningen, Hemmishofen bei Stein, Kant. Schaffhausen. [11] Von Bankholzen, bad. A. Constanz, vergl. oben, Anm. a. [12] Dürfte das bei Wartmann, St. Galler Urkundenbuch I, 105 genannte Gundihhinhova von 787 sein, das im Hegau lag und wohl zwischen Welschingen und Hausen am Ballenberg zu suchen ist. [13] Nach dem Zusammenhange wohl Neuhausen, bad. A. Engen. [14] Von Constanz. [15] Ebenweiler, wirt. OA. Saulgau.

tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius in villa, quę dicitur Mŏwinheim[1], VIIII mansos.

Item Heinricus et alii tradiderunt apud Bersiningen[2] V mansos et apud Morinshusen[2] dimidium.

Item Wolframmus et frater eius Werinherus et Ernest tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius in villa, que dicitur Watertingen,[3] IIII mansos, Winehardus I apud Scephanheim, Reginboldus dimidium apud Gŏtmotingen.[3]

Item Burchardus de Engin[4] tradidit sancto Salvatori et omnibus sanctis eius apud villam, quę dicitur Tengin,[4] molendinum et fossam molarium lapidum et dimidium mansum, apud Busilingen[4] autem ...[a] ecclesię et mansum I et apud Wichsi[4] dimidium mansum.

|| Item Adelbero de Singen[5] tradidit ibidem dimidium mansum.

Item Marcwardus tradidit sancto Salvatori et omnibus sanctis eius in locis, quę dicuntur Spechingen[6] et Aldingen[6], VII mansos et molendinum.

Item Berhtoldus de Sunemutingen[7] tradidit sancto Salvatori et omnibus sanctis eius tale predium, quale visus est habere in locis, quę dicuntur Affiltranc et Wigoltingen,[8] apud Affoltranc terram salicam[b] et vineam, molendinum et tabernam, mansum I et XIIII tres jusjurnales et IIII. partem ęcclesię, apud Wigoltingen autem V mansos.

Item Rŏpertus et filii fratris eius Erlewinus et Eberhardus tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius tale predium, quale habere visi sunt in villa, quę Mazzingen[9] nuncupatur, terram salicam,[b] molendinum, tabernam et XVI tresjusjurnales.

---

a. Ein Wort, wohl „partem" radirt. b. Hs. „trasalicam".

[1] Mauenheim, bad. A. Engen, s. Nr. 68, Anm. 6. [2] Merishausen, daneben das abgegangene Berslingen, Kant. Schaffhausen. [3] Watterdingen, Gottmadingen, bad. A. Engen; Scephanheim, jetzt abgegangen, wird dazwischen zu suchen sein. [4] Thengen, Büsslingen, Wiechs, bad. A. Engen. [5] Am Hohentwiel. [6] Aldingen, wirt. OA. Spaichingen; Marcward ist der als Zenge oben oft genannte Edle M. de Spaichingen. [7] Sulmentingen, wirt. OA. Biberach. [8] Affeltrangen, Wigoltingen, Kant. Thurgau. [9] Matzingen, Kant. Thurgau, s. A, Nr. 17.

Item Adilboldus, Tŏto et Rŏpertus tradiderunt apud Pazmundingen[1] IIII mansos.

|| Item Tŏto dedit apud Dorfin et Sclati[1] VI mansos.

Item Heinricus de Witilsperc[2] et uxor eius Gepa tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius tale predium, quale habere visi sunt in loco, qui dicitur Wisiholzzan,[3] vineam scilicet et cetera; pars etiam concambita est cum predio, quod Waningen[4a] nuncupatur; quę simul ad VI mansos computantur.

Item Albericus et uxor eius Amita tradiderunt duos mansos apud Berga.[5] Egilolfus et uxor eius tradiderunt tresjusjurnalem[b] I apud Volchinchoven.[5] Habemus etiam tresjusjurnalem I apud Trullinchoven.[5]

Item Hicela de Witenhusen[6] tradidit sancto Salvatori et omnibus sanctis eius in loco, qui dicitur Griesingen,[6] V mansos agrorum, pratorum, silvarum. Item Ŏdalricus de Waffenstein[7] et Notker et Gepa de Witilsperk[2] tradiderunt in altero Grisingen[6] dimidiam ęcclesiam et V mansos.

|| Item quedam nobilis femina, nomine Judinta,[8] tradidit sancto Salvatori et omnibus sanctis eius in locis, quę dicuntur Obrensteti et Mazoltrespŏch,[8] quintam partem ęcclesię et XII mansos.

Item Adelbertus tradidit in viculo Werinswilare[9] V mansos.

Item Eberhardus et frater eius Cŏnradus[10] tradiderunt in loco, qui dicitur Bolstari,[11] III mansos, item Gozzolt apud Stri-

---

a. Die Silbe „wan" auf Rasur. b. „Unt tresiusiurnalem" auf Rasur.

[1] Basadingen, Schlatt bei Diessenhofen, Kant. Thurgau, Dorf, Kant. Zürich, s. Nr. 9. [2] Witlisberg, abgegangen bei Hächenschwand, bad. A. St. Blasien. [3] Wiesholz bei Ramsen, Kant. Schaffhausen, s. A, Nr. 24. [4] Weningen, Kant. Zürich, s. A, Nr. 68, Anm. 17. [5] Berg, Volken, Trüllikon bei Andelfingen, Kant. Zürich, s. A, Nr. 16. [6] Mittenhausen, Ober-Untergriesingen, wirt. OA. Ehingen, s. A, Nr. 49, Anm. 21. [7] In der Notitia s. Georgii (Oberrhein. Zeitschrift IX, 212) erscheint 1092 Marcwardus capitaneus de Woffenstein (auch Wophenstein), dessen Wittwe Judinta an St. Georgen Güter in Dellmensingen bei Griesingen (wirt. OA. Laupheim) vergabt. Diese Besitzungen an der Donau lassen die Burg Waffenstein in deren Nähe suchen; nach gütiger Mittheilung von Dr. R. Buck in Ehingen lag sie vielleicht auf dem für einen Burgbau sehr geeigneten Waffensberg bei Allmendingen, wirt. OA. Ehingen. [8] Oberstetten, Masholderbach, wirt. OA. Münsingen; Judinta ist wohl die eben genannte Wittwe von Waffenstein. [9] Wirnsweiler, wirt. OA. Saulgau; Adelbert kam oben oft als Zeuge vor. [10] S. A, Nr. 36. [11] Bolstern, wirt. OA. Saulgau.

chûn[1] III mansos. Item Bernoldus tradidit apud Nanthiltwilare[2] III mansos.

Item Adelbertus et frater eius Eberhardus, item Adelbertus cognatus eorum tradiderunt sancto Salvatori et omnibus sanctis eius predium, quod dicitur Williheris,[3] cum omnibus, quę ibi visi sunt habere agrorum, pratorum, silvarum, et in aliis viculis, videlicet Isinhartis[3] ęcclesiam unam et cetera, Rambrehtes[3] totum et Sandrates[3] et zem Benzin[3] et zemi Heizen[3] et zemo Alberiches[3] et dimidiam ecclesiam zemo Siggun[3] et in Eigilswendi[3] totum *und zü Alhegouwa[4] in Nortwang[5] ein manß und die mülynen und zü Routi[5] 1 manß. [17] Item Adelbertus und syn brüder Reginhart hand geben gantz Tuifental.[6] Item Adelbertus und Sigimar und Eberhart hand geben zü Gûtelinshofen[3] 1 manß. Item Wolferad hat geben in dem geßle Tutenhofen[7] ein sollich gût, als er doselbes gesehen ist haben, mitt aller gerechtikeit. Dise stuck alle züsamen werden gezalt uff XX manß. [18] Der manser oder hûber ist schuldig jerlich VI malter habern, zwey schwyn, zwey schaff oder VIII schilling Costantzer müntze, darzü in eyner yeden wochen durch das gantz jar vier tag dyenen in des herren hoff, aber zü ernzyt und so man daz heuw sammlet VIII tag, item im mertzen VI juchart eren und die sybent umb bitt willen. Syn gülten sol er fyeren biß an den Bodensee, wohyn es dan der obervogt heisset.*

Item Engilschalk und syn müter Gottelind und ir vetter Luitprant hand geben sant Salvator ein sollich gût, als sy geachtet synd haben in dem dorff, das genant wirt Rûdolfsryth,[8] mit allem rechten. Die andern stuck synd darzü abgewechßlet: ein thail von hertzog Welffen mit dem gût, das Hug von Haselach[8] geben hat, an demselben end gelegen, aber das ander thail mit den güetern, die geben hand Ermenricus und syn sûn Rûdolff by Alt-

---

[1] Dieser Ort ist bei Bolstern zu suchen, jetzt abgegangen. [2] Nanth. kommt auch in Urkunden des Klosters Weingarten vor, aber ohne dass seine nähere Lage daraus zu erkennen wäre. [3] Willatz, Eisenharz, Sandratz, Bienzen, Haizen, Alberis, Siggen, Alleschwende, Göttlishofen, wirt. OA. Wangen; Rambrehtes wird nicht Rengers bei Isny, das auf ein ursprüngliches Reginheris hinweist, sondern ein in der nächsten Umgebung von Eisenharz abgegangener Hof sein, s. A, Nr. 25. [4] L. Alpegouwa. [5] Ortwang, Reute bei Blaichach, bair. Bez. A. Sonthofen im Àllgäu. Noch im 14. Jahrhundert hatte Allerheiligen in dortiger Gegend Besitzungen. [6] Ober-Untertiefenthal bei Kislegg, wirt. OA. Wangen. [7] Tautenhofen, wirt. OA. Leutkirch. Wolferad ist als Zeuge genannt 1102, A, Nr. 40. [8] Ober-Unterrussenried, Haslach, wirt. OA. Tettnang, s. Nr. 50, 59.

manswyler,[1] *umb welhes getauschet ist Steinbach,*[1] *und Bertold im dorff, daz genant wirt Berinrieth, und Conrat zů Nuwenkriechen.*[1] *Dise stuck alle werden gerechnet uff XX manß. Der manser oder hüber sol durch ein yedes jar geben VI malter braty oder malten und eins hopfen, item ein swyn, daz dry schilling wert ist an gelt, und ein sommerschaff, daz VI pfennig hat an gelt, darzü in yeder wochen dry tag dyenen, item zü zyt des ackergangs allen montag ein juchart eren, [19] item zü zyt der ernen und so man daz heuw sammlet, sol er und syn hußfrau darzü dry tag dyenen und sol geben ein malter frechtkernen oder dry mutt rocken, item dry hüner und XXX ayer, und sol syn gülten fieren zwüschen Argun und Scuscina*[2] *zü dem Bodensee, so offt er das geheissen wirt.*

Item Ottgot[3] *hat geben sant Salvator ein sollich gůt, als er geacht waz besitzen an den enden, die genant seind Willingsouw,*[4] *Bonwiler,*[4] *Erlinsberg,*[4] *Willowiscka,*[4] *Steinbühel,*[5] *namlich die herlichait oder oberkeit und den achten theil der kilchen, und by Stafelbach*[5] *und Aschab*[4] *die fürfelder und was darzü gehöret; item zü Nunnenwiler*[6] *die oberkait und zü Reginfrideswiler*[6] *den achten thail der kilchen und ein halben manß, zü Gottbrechtingen*[6] *ein manß und zü Temperinkßhofen*[6] *ein halben. Dise stuck alle zůsammen gerechnet werden uff XIV manß, darzü auch die alpen und gemeynmercki und waltmerki, die man in kein weg mag erschetzen.*

Item graff Erlewyn von Nuwenburg und syn gemahel Mechtild und ire süne Erlewyn und Bertoldus hand geben sant Salvator für yr dry dochteren in dem dorff, genant Fusebach,[7] *[20] acker, matten und waldes uff XXV manß und den halben theil der kilchen und ein mülynen.*

Item Bernhart und syn frau Bertha hannd geben sant Salvator das gůt, daz genant wirt Secka, die kilchen doselbes und den halben Titinsee[8] *und anders mer, so darzü gehöret.*

Aber von Alttmann ist erkaufft worden umb XX pfund daz gůt, daz genant wird Hirsin, die rüti.[9]

---

[1] Allmannsweiler, Steinenbach, Bernried, Neukirch, wirt. OA. Tettnang, s. Nr. 50, 59. [2] Die Flüsse Argen und Schussen. [3] S. A, Nr. 37. [4] Wilisau, Williswil (in Wiliswile hatte Allerheiligen noch 1331 Güter), Esch am Hallwiler See, Hunwil (Bonwiler verschrieben für Hunwiler), Herrlisberg am Baldegger See, Kant. Luzern. [5] Steinbillen, Stafelbach bei Zofingen, Kant. Argau. [6] Nunwil, Retswil, Gospertingen, Temprikon, alle am Baldegger See, Kant. Luzern. [7] Fisibach, Kant. Zürich, s. A. Nr. 30. [8] Saig, Titisee, bad. A. Neustadt, s. A, Nr. 49, Anm. 22. [9] Wohl zwischen Titisee und Wittlekofen zu suchen.

Item Burkardus und Geroldus hand geben zu Witilingshofen[1] *ein manß.*

Item Üdalricus hat geben sant Salvator das gůt, das gehaissen wirt Haselach, und ein manß by Zarthen.[2]

Es synd auch erkaufft worden im Bryßgöuw von Hildebold umb XX ℔ in dem dorff, genant Baldingen, VIII mannwerk und XXI juchart und anders, so darzü gehórt.[3]

Item Adelbert hat geben zü Bütelbrunnen[4] *und Bringilingen*[4] *III manß. Regynbertus der knecht hat zü dienst by Trasmundingen*[5] *und Luitfridingen*[6] *und Aseheim*[4] *IV manß.*

Do die kilch gewyhet ist zü der heiligen Urstend,[7] *hat graff Eberhart geben darzů Wolfsindan mit sinen döchteren Engelin, Rychentin, Engelinda, item Habun mit synen sünen Guidone und Wynitone, und Rüperten von Guntrammingen*[8] *mit eim manß zü derselben kilchen.*

Item graff Eberhart hat geben zü Nüwenhusen[9] *ein theil der hoffstat und der mülynen.*

[21] Das synd die namen der eygenlütt, die zü Stocka[10] *sytzen, des münsters sant Salvator: Herewich und syn hußfrau mit yren sünen, Reginto und syn gemahel Bertha mit yren sünen, Oudelger und sin hußfrau mit iren kinden, Arnolt, Bertoldt, Bůbo, gebriedere, Rychwyn mit synen brüderen und swestern, ußgenomen Gerung, swester Herwich, ein gemahel Adelberonis, des schůsters, mit yren sünen Gotfrid und Diebolt.*

Das hat auch graff Burckart von offnen markt zů Schaffhusen uffgesetzt mit ewigen rechten: das nyemant erlaubt ist etwas zů verkauffen in aller wochen on offnen bann, ußgenommen von der nünden stünd des gůten tags[11] *biß zü der nünden stund des zinstags und im jarsmarckt VII tag vor allerheiligen fest [1. Nov.] und sovyl tag auch darnach.*

---

[1] Wittlekofen, bad. A. Bonndorf, s. A, Nr. 49, Anm. 17. [2] Haslach, Kirchzarten, bad. A. Freiburg i. Br. [3] Bahlingen am Kaiserstuhl, s. A, Nr. 27. [4] Bittelbronn bei Bräunlingen, Aasen, bad. A. Donaueschingen. [5] Trasadingen, Kant. Schaffhausen. [6] Leipferdingen, bad. A. Engen. [7] In Schaffhausen 1052, s. A, Nr. 33. [8] Guntmadingen, Kant. Schaffhausen. [9] Neuhausen, bei Schaffhausen, s. A, Nr. 49, Anm. 4. [10] Stockach, bad. Amtsstadt im Hegau. [11] Mittwoch.

Dieser Güterbeschrieb wurde, nach den Schriftzügen zu schliessen, um die Mitte des 12. Jahrhunderts verfasst. Geschrieben ist derselbe auf Pergament in 4°. Seine Schrift ist sehr schön. Die Anfangsbuchstaben verdienen als Initialen namentlich Erwähnung. Merkwürdig ist, dass der Schreiber die übergeschriebenen Kürzungen und Glossen meist mit rother Farbe, mit der er überhaupt nicht geizt, aufgetragen hat. Jede beschriebene Seite seines Werkes zählt 21 Zeilen Schrift. Da der Güterbeschrieb praktischen Verwaltungszwecken dienen, also auch in die Hände von Laienbrüdern u. s. w. kommen sollte, so hat sein Verfasser die Schlagwörter, auf die es den Verwaltern ankam, mit ihren entsprechenden deutschen Benennungen, ebenso, um einen Irrthum zu verhüten, die ausgeschriebenen Zahlen mit Zahlbuchstaben und die letztern mit übergeschriebenem Zifferende, z. B. VII^{em} X^{cem}[1] glossirt, ein Verfahren, das also nicht zu dem Schlusse berechtigt, dass Jener ein Welscher gewesen sei.

Leider ist der Güterbeschrieb nicht vollständig erhalten, wir besitzen von ihm nur noch 20 Seiten, deren Anfang je oben durch ‖ kenntlich gemacht ist. Dem Chronisten Rüegger lag bereits dessen Schluss nicht mehr vor, sondern nur noch eine um die Mitte des 16. Jahrhunderts angefertigte deutsche Uebersetzung auf 21 Seiten, welche nicht nur den erhaltenen Theil, sondern auch den nunmehr fehlenden ungleich kleinern (S. 17—21) umfasst, und welche so sclavisch das lateinische Original verdeutscht, dass mit Leichtigkeit dessen Text reconstruirt werden könnte. So gibt er z. B. „viculus" mit „gessle", „tale predium, quale habere visus est" mit „ein sollich gut, als er gesehen ist haben". Da seit dieser Uebersetzung der Schluss des Güterbeschriebes abgeht, müssen wir ihrem Urheber für eine so getreue Wiedergabe des Originales um so dankbarer sein. Oben habe ich die nur in dieser Uebersetzung erhaltenen Absätze durch Cursivschrift kenntlich gemacht.

Als Schluss seiner Arbeit bietet der unbekannte Uebersetzer eine Verdeutschung von A, Nr. 6, die aber nur bis zu den Worten „quod et fecerunt" in Absatz 3 reicht und, statt mit dem richtigen Datum dieses Absatzes (1090) zu enden, die Jahreszahl von Absatz 2 mit den Worten: „Actum, ut supra. Diß ist gescheen, wie obstat etc. 1087. MLXXXVII." wiederholt. Wir dürfen also wohl annehmen, dass auch der Güterbeschrieb mit einer unvollständigen Copie von A, Nr. 6 geendet hat.

---

[1] Ich habe es für überflüssig erachtet, oben diese übergeschriebenen Zifferglossen anzugeben, ebenso zu erwähnen, welche Wörter ganz mit Zinnober geschrieben oder doch mit rother Farbe geschmückt sind.

C.

Geschichtliche Aufzeichnungen von Allerheiligen.

1. Bericht über die Einweihung von Allerheiligen (1064, Nov. 3.), das Leben der Stifter, die Reliquien des Klosters und eine Altarweihe durch den Erzbischof (Bruno) von Trier.

Anno incarnationis domini nostri Yhesu Christi millesimo LX.IIII., indictione II., regnante rege[a] Heinrico IIII., admodum adhuc || puero, anno autem regni eius VIII.,[1] III. nonas novembris, dedicatum est templum Domini in hoc loco, qui Scefhûsa dicitur, || a Rumolfo, venerabili viro, Constantiensis ęcclesię presule, in honore sancti Salvatoris, id est in nomine sanctę et indi || vidue trinitatis et sanctissimę crucis et in honore sanctę et perpetuę atque intemeratę virginis Marię, genitricis eiusdem domini nostri Yhesu Christi, et sancti Michahelis archangeli omniumque supernorum civium et illorum sanctorum, quorum reliquię hic continentur et quorum nomina hic in sequentibus notata inveniuntur, et omnium insuper sanctorum, sub secundo istius monasterii abbate Liutolfo, venerando viro, presentibus aliis abbatibus, Herimanno scilicet de Cella sancti Meginradi,[2] Immone de Fávâris,[3] Hérrico de Altorf,[4] Arnolfo

---

a. Von gleicher Hand übergeschrieben.

[1] Annus regni VIII Heinrichs IV. endet am 5. Oktober 1064. [2] Einsiedeln. [3] Pfävers. [4] Weingarten.

de Petrishusa,[1] Gerungo de Rhenaugia,[2] Warinhario de Cella sancti Blasii.[3] Quod templum quidem vir bonę memorię memorię Eberhardus,[a] occidentalium Suevię[a] partium civis et Turegię provintię comes illustris, cogitans de animę inmortalitate et de premio retributionis aeternę, consilio et auxilio piissimę suę conjugis, vocabulo Ita, et prefiguratione atque adjutorio cuiusdam Liutbaldi, sui fidelissimi ac venerandi presbiteri, artis architectorię satis conscii, construxit et ordine decenti juxta vires proprias, prout potuit,[b] pene patravit atque de predio, quod a regibus digno servitio et a liberis Alamannis justo commercio adquisivit, traditione legitima secundum legem nobilium Alamannorum dotavit, honoravit et banno episcopali, sicut lex habet divina, confirmari rogavit et sub mundiburdio sancti Petri apostoli, agente et precipiente sanctę Romanę ęcclesię summo pontifici Alexandro, facto in scriptis privilegio,[4] libertati (!) concessit, nullum omnino inde heredibus suis dispendium vel detrimentum faciens, sed paternam suam hereditatem integram et inconvulsam eis[a] derelinquens. Omnibus igitur monasticis officiis et stipendiis dedicationis et traditionis huius monasterii ita, sicut predixi, solemniter juxta propriam[c] suam[a] possibilitatem adimpletis ac vestibus sacerdotalibus et diversorum officiorum libris cum luminum instrumentis cunctisque utensilibus oratorii ad hoc pertinentibus satis idonee et apte dispositis, capellas quoque in modum crucis per gyrum constructas secundum suum modulum, etiam legali institutione dedicatas dote legitima confirmavit collectisque servis Dei cum suo abbate statuit, hic Deo servire cum fide et caritate omni tempore. His itaque rite et ordinate juxta suum posse patratis, ipse sequens sanctorum vestigia patrum, derelictis omnibus seculi pompis, se ipsum etiam dereliquit et monachus in isto loco factus, ipsaque eius prefata atque dignę semper[a] memorię pia conjunx Ita sacro velamine vilibusque viduitatis vestibus induta, ambo postmodum in Dei servitio sobrie[a] et caste[a] viventes justam et Deo amabilem vitam ducebant.

Istę namquę reliquię continentur in altare summo sancti Salva-

---

a. Von gleicher Hand übergeschrieben. b. Von gleicher Hand corrigirt aus „patuit“. c. „Omnibus—propriam“ von gleicher Hand nachgetragen.

[1] Petershausen. [2] Rheinau. [3] St. Blasien. [4] Diese Bulle Alexanders II. ist nicht erhalten, s. A, Nr. 8, Anm. 3.

toris: De ligno sanctę crucis, de vestibus,[a] quibus indutus erat Dominus, quando crucifixus est, de sepulchro Domini, de loco ascensionis Domini, de manna, de veste sanctę Marię, reliquie sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Andreę, Jacobi, filii Zebedei, et Jacobi, fratris Domini, Bartholomei, Philippi, Thomę et Marci evangeliste, de veste sancti Johannis Baptiste, reliquie sanctorum Innocentum, sancti Stephani protomartiris, sancti Vincentii martiris, Romanici martiris, Theodori martiris, Vitalis martiris, Zenonis martiris, Chrisogoni martiris, Blasii martiris et episcopi, Bonefacii, episcopi et martiris, Eustachii martiris, Amati martiris, Justini et Justi martirum, Viriani martiris, Orfteri martiris, Exsuperancii martiris, Faustini martiris, Crescentini martiris, Prisciniani[b] martiris, et sanctorum confessorum: Silvestri[c] pape, Aurelii episcopi, Benedicti abbatis, Martini episcopi, Galli confessoris, Ôdalrici episcopi;

in dextro altare (!): De vestibus sancti Johannis Baptiste, Zacharię prophete, justi Symeonis;

in sinistro altari (!): De vestimentis sancte Marię, sancte Walpurgę virginis, sancte Marię Magdalene et sanctorum Innocentum, Basillę virginis, de corpore sancte Paulę virginis, de sociis XI milia (!) virginum, Agnetis virginis, Agathę virginis et martiris, Eutropię martiris, Glodesindę martiris, de costa sancte Scolastice virginis, sanctarum Verenę virginis, Odilię virginis, de corpore sancte Lucillę virginis et martiris, de osse sancte Lucię virginis, Julianę virginis, Afrę martiris, Barbarę martiris, Felicitatis virginis, Gerdrudę virginis;

in altari sancte crucis: de cruce Domini, Stephani protomartiris, sanctorum Innocentum, Pancrantii (!) martiris, de sandaliis sancti Sixti episcopi, Leudegarii episcopi et martiris, Trophimi episcopi et martiris, Policarpi, de corporibus Lazari et Marthę, Pancratii martiris, de corporibus sancti Ciriaci martiris, Zoili martiris, de corporibus sancti Andreę apostoli, sancti Secundini martiris, Cornelii pape et martiris, de corpore sancti Stephani pape et martiris, de corpore sancti Bonifatii martiris, de corpore sancti Leonis pape, de corporibus quadraginta martirum, sancti Abdon et Sennes martirum,

---

a. Steht auf Rasur. b. „Grisciniani“, Ms. c. Von da an wird die Schrift gedrängter.

Mauricii martiris, Exuperii martiris, Merammi episcopi et martiris, Blasii martiris, Cornelii pape et martiris, Pancratii martiris, Ursi martiris, XL martirum, Zoili martiris, Abdon et Sennes martirum, de cilicio sancti Lamperti martiris, Secundini martiris, Stephani pape et martiris, Ciriaci martiris, Bonifacii episcopi et martiris, de brachio sancti Fortunati martiris.

Treverorum archiepiscopus[1] dedicavit hoc altare in honore sancti Michahelis archangeli et omnium supernorum civium.

Reliquię autem habentur sancti Thatei apostoli, de baculo sancti Petri apostoli, Constantii martiris, Laurentii martiris, Nonnosi confessoris.

Schaffhausen, Staatsarchiv (dem Güterbeschriebe vorgebunden). — Abdruck: Archiv für schweiz. Geschichte VII, 250.

2. Katalog der Bibliothek des Klosters Allerheiligen zur Zeit des Abtes Sigefrid (1083 — 27. Oktober 1096).

Nomina et supputatio librorum sub sanctę memorię domno Sigefredo abbate ipsius adminiculo sive jussu seu permissu patratorum vel allatorum.[a]

In primis bibliotheca incomparabilis tota in uno codice.

Item excepto octateuco, evangelio, psalterio, tota in singulis libris per has partitiones divisa: in I. libri prophetarum et Job*; in II. liber regum et palyppomenon;*[2] in III. libri Salomonis: proverbia, ecclesiastes et cantica, liber sapientię et Jhesu, filii Sirach, liber Tobie, Judith, Hester, Ezre, Neemie et liber Machabeorum habentur*; in IV. autem actus apostolorum, canonicę epistolę, apokalypsis et epistole Pauli continentur.

*Expositionis beati Gregorii moralium, VI partes in singulis libris, II. pars dupliciter.

---

a. Vel allatorum ist von gleicher Hand übergeschrieben.

[1] Eine Vergleichung der Schriftzüge dieses Berichts mit dem Facsimile von Bernolds Autograph (Mon. Germ. script. V, 388) macht es nicht unwahrscheinlich, dass dieser Geschichtschreiber den Bericht geschrieben hat. Ist dem so, dann ist hier der Erzbischof Udo von Trier, der Sohn des Stifters von Allerheiligen, (1066—78) gemeint.

Der Bericht ist dem Güterbeschriebe vorangeheftet.

[2] Paralipomenon.

Liber eiusdem, qui dicitur cura pastoralis.
*IV. libri dialogorum in uno volumine.
Quadraginta omelie in uno codice.
*Expositio ipsius in Ezechihele in duobus libris, I. pars dupliciter.
Eius in cantica omelie II.
Item Hieronimi super ecclesiastes.[a]
Item regestum ipsius.
*Hilarii episcopi de fide libri XII in uno volumine.
Ambrosii super Lucam libri commentariorum VIIII.
Item exameron ipsius.
Item de officiis libri II.
De penitentia liber I.
Eiusdem de excessu fratris.
Item Augustini de quantitate animę.[a]
Libri sacramentorum VII in uno codicello.
Item de perpetua virginitate sanctę Marie.
Item Augustini de utilitate credendi.[a]
Cuius supra ipsius de bono mortis libri II, pars de vita sancti Ambrosii.
Item Heronimi[1] super ecclesiastes.[a]
Hieronimi in evangelium Mathei commentarii liber et in evangelium Marci in uno codice.
Commentariorum eiusdem in ęcclesiasten, serme eiusdem de assumptione sanctę Marię in uno libello.

Augustini operum:

Augustinus in evangelium Johannis.
*Augustinus de verbis Domini.
Augustinus de sermone Domini in monte.
Augustinus de sancta trinitate libri.
Augustinus de verbis apostoli sermones.
Augusti in epistolam Johannis omelie.
Johannes Chrisostomus de reparatione lapsi.
Eiusdem libri II de compunctis in uno codice.

---

a. In kleinerer Schrift von gleicher Hand über der vorigen Zeile geschrieben.

[1] Kommt unten nochmals vor.

Libri confessionum Augustini.

*Augustini super terciam partem psalmorum sermones.

*Augustini de genesi ad litteram libri XII.

Augustini de baptismo liber.

Augustinus de pastoribus, Augustinus de ovibus, eius de unico baptismo, cautilena Augustini per alfabetum, ipsius super salutationem epistole ad Romanos, solutiones quarundam gestionum, Augustini ad Cecilianum, episcopum Mediolanum, et fides Leonis: hec VII opuscula in uno volumine.

*Liber unus, in quo continentur sermones Augustini XLII.

Augustinus de vita christiana, eiusdem de vera religione in uno libello.

*Augustinus ad comitem, libri soliloquiorum, Augustini II de anima ad Vincentium Victorem, liber eiusdem de X cordis et ipsius de disciplina Christianorum, cuius supra de sancta virginitate et soliloquia Ysidori II in uno codice.

*Enchiridion Augustini.

*Augustinus de doctrina christiana.

*Item epistolę Augustini XXX, liber eiusdem de fide et operibus, cuius supra de moribus sancte ęcclesię, item de V questionibus et gratia Dei liber unus, epistola[a] ipsius ad Petrum de fide sanctę trinitatis et do creatura Dei in uno volumine.

*Questiones Augustini et libri eiusdem contra adversarium legis.

Augustini contra Faustum manicheum libri II, id est XII· et XIII.

*Augustinus ad Marcellinum de baptismo parvulorum, ad eundem de perfectione justitię libri II, ad eundem de littera et spiritu liber I in uno volumine.

*Augustini de predestinatione sanctorum libri II, eiusdem de divinatione demonum in uno codice.

Augustinus contra Arrium.

*Augustinus de bono conjugali, de viduitate, de agone christiano, de opere monachorum et epistola una ad Probam viduam de orando Deo.

---

a. Steht auf Rasur.

Augustinus de civitate Dei, Augustinus contra achademicos(!) ex parte.

Augustinus de utilitate credendi, ipsius de penitentia.

*Liber ethimologiarum Ysidori.

Expositiones duę in cantica canticorum.

*Liber, in quo passiones sanctorum nonnulle habentur.

*Liber, qui dicitur vita patrum, in quo in primis vita sancti Pauli primi heremite, vita sancti Antonii, vita sancti Hilarionis, vita Johannis heremite et aliorum sanctorum patrum, historia Malchi,[a] monachi captivi, vita Frontonis, vita sanctę Paulę viduę.

Item liber unus, in quo sententię patrum plurime, opus Postumiani et multi sanctorum actus continentur.

Libri missales VII[1] et lectionum I.

Libri matutinarii V, antiphonarii II.

*Liber benedictionum I.

*Augustinus de civitate dei.

*Item Augustini prima et secunda pars super psalterium.

*Item questiones Augustini de veteri testamento et libri contra mendacium in uno volumine.

Omelie Origenis de veteri testamento et epistolę beati Jeronimi presbiteri in uno volumine.

Item epistolę beati Jeronimi presbiteri in duobus voluminibus, libri dialogorum Gregorii pape et vita Johannis Eleymonis in uno volumine.

*Item[2] libri II omeliarum et sermonum per totum annum.

Item libellus de ortu Alexandri Magni et epistola eiusdem.

Item alii libelli, quę (!) in choro habentur.

Liber I, qui vocatur Seneca.

Schaffhausen, Ministerialbibliothek, eingetragen im Codex 17, fol. 306.

Abdruck: Boos, die Handschriften der Ministerialbibliothek zu Schaffhausen 1877, IV—VII, daraus Petzholdt, neuer Anzeiger für Bibliographie 1878, I, 23—24.

Ich entschloss mich, diesen Katalog auch hier mitzutheilen, weil er ein interessantes Zeugniss für den literarischen Besitz eines gregorianischen Klosters ist. Die noch vorhandenen Codices des Katalogs (von mir mit * bezeichnet), worüber ich auf Boos verweise, sind sämmtlich vortrefflich geschrieben und erhalten.

---

a. Von gleicher Hand übergeschrieben.

[1] Davon ist 1 erhalten. [2] Von da an andere, der erstern wohl gleichzeitige, jedenfalls nicht viel jüngere Schrift.

3. Uebertragung von Reliquien des hl. Kreuzes und Grabes aus Jerusalem, sowie der Leiber der hl. Constans, Alexander und Leguntius aus Trier nach Allerheiligen.

[1] (Q)[a]uoniam benigna Christi clementia Scaphusensem locum sue visitationis illustrare dignatus est gratia per reliquias sanctissime crucis et dominici sepulchri et corpora sanctorum martyrum Constantis et Alexandri et sancti confessoris Leguntii, dignum videtur narrare cunctis Christi fidelibus, qualiter hec ad consolationem et tutamen fidelium ibidem Deo servientium illo sint translata. Testante enim propheta omne, quod sibi gens queque fidelium colendum[b] proponit, hoc honorat et defendit. Unde necesse est, ut, cum fidelibus cultura aliqua indicitur, causa et ratio eius fideli relatione et veraci testimonio comprobetur, ut, omni dubitationis occasione sublata, eo securius possit honorari et defendi, quo veracius culture eiusdem veritas colentibus datur cognosci. Et quia narrationis huius seriem in unum compingere decrevimus sermonem, quod de reliquiis dominicis dicturi sumus, quamvis sit longe post actum, orationis tamen huius teneat exordium, quia nil sanctorum glorie derogatur, si hoc eis preponitur, per quod omnis sanctus glorificatur et sanctificatur.

A. Igitur temporibus Heinrici, quarti huius nominis Teutonici regis, cum sedi apostolice presideret Urbanus secundus papa, vir || magne sanctitatis et prudentie, diversis temptationibus oppressa Dei fluctuabat ecclesia, maxime tamen in ea parte, ubi Christus salutem operatus est in medio terre. Ibi enim vinea Domini, eadem scilicet ecclesia, ab inimicis fidei Christiane ita est depasta, ut vix in ea racemi pauci viderentur relicti. Hierosolima enim plebe Christiana dudum referta, que ob insignem[c] passionis Christi triumphum obque gloriosam resurrectionem et ascensionem merito locus appellatur sanctificationis, versa fuerat in abominationem desolationis. In ipsa enim et in omni circa regione, que terra olim dicta est repromissionis, expulsis Christicolis, gentes ceperunt esse superiores, que, ubique templis Dei destructis, paucissima, que remanserant, in usum sui questus verterant cultoresque Dei, si qui fuissent inventi, sub tribu-

---

a. Raum für eine nicht ausgeführte Initiale. b. Von gleicher Hand übergeschrieben. c. Die Silbe „in“ ist von derselben Hand übergeschrieben.

taria conditione cogebant sibi servire omnesque undecumque gratia orationis advenientes obprobriis afficiebant morte gravioribus et injuriis. Hec illa Hierosolima, spiritalis idem ecclesia, patiebatur calicemque furoris Domini pro peccatis suis bibebat nichilque minus, quam eam voces prophetarum pro negligentia legis Dei passuram prenuntiaverant, sustinebat. Sed, sicut[a] testa[*]tur vox prophetica, quia non repellet in sempiternum Dominus nec erit oblivio pauperum in finem, advenerat tandem tempus miserendi, quo pater misericordiarum et Deus totius consolationis audiret gemitus compeditorum et solveret filios interemptorum. Itaque predictus papa Urbanus, vir totus apostolicus, cernens Hierosolimam habitationem esse exterorum et exteram a semine suo, et venisse gentes in hereditatem Dei et, qui oderunt Deum, extulisse caput, materno angebatur affectu et tactus dolore intrinsecus, sicut propheta quondam destructionem Hierosolime in trenis suis planxit, ita et iste velut alter Hieremias intimis suspiriis sepius proclamavit, quoniam gentes ingresse sunt in sanctuarium Domini et illud: „Viderunt eam hostes et deriserunt sabbatha eius.“ Cepit ergo secum sepius tractando revolvere, quo ingenio locum sanctificationis a contaminatione gentium expurgaret et ibi Christi nomen, ubi dudum ceperat, renovaret. Vir itaque beatus, cum sue sollicitudinis curam et cogitatum jactasset in Domino, tandem, ut credimus, per illapsum ei celitus consilium divino inspiratus spiritu predicavit et ubique predicare jussit, ut, quicunque Christianus vellet, se ultro Deo offerret hocque penitentia(m) et ‖ remissione(m) peccatorum susciperet, quo armatus ad expugnandam Hierosolimam pergeret. Istud vero consilium ex divina magis inspiratione processisse, quam ex humana adinventione, finis declaravit. Indictum namque Christiani sibi hunc procinctum tam devote et tanta susceperunt alacritate, ut tam copiosus (!) ex omnibus mundi partibus multitudo conflueret exercitus, quod non solum predicti apostolici optatum in Hierosolime expugnatione perficerent propositum, sed et per omnem regionem Judeę, expulsis gentibus, sinum sancte matris dilatarent ecclesie. Et non mirum, tam prospere votum sancti viri impletum esse; scriptum est enim de eo, qui radicem intentionis sue in Deo fixerit: „Et omnia, quecunque faciet, prosperabuntur.“

a. „Sicut“ steht auf Rasur.

Prefuit eo tempore Hierosolimitane ecclesie patriarcha Symeon nomine, vir sanctitatis eximie. Ad quem cum huius expeditionis fama pervenisset, quamvis gauderet miserationemque Domini adesse speraret, summo tamen formidabat timore, ne signa passionis Christi, preciosissimum videlicet crucis lignum et sepulchrum dominicum a devoto superveniente exercitu religiosa aviditate vel omnino, vel maxime (!) auferrentur ex parte. Ut ergo Christi insignia || servarentur in loco, quo passus est, iniit consilium predictus patriarcha cum quodam Samuele, Syrorum episcopo, viro religioso et sancto, evulsoque de sepulchro interiori lapide, qui receptaculum corporis Christi fuerat, cum cruce ipsius terre infodientes absconderunt, tollentes sibi inde aliquas portiones. Christi vero bellatores, expugnata urbe et a gentilium sorde purgata, cum celestem thesaurum, in quo spei sue posuerant summam, a predictis viris sensissent occultatum nec ad eius proditionem facile possent eorum flectere animum, sacramento firmaverunt, hec se non minori servaturos diligentia, quam antea ab ipsis fuerant custodita. Quoniam autem religiosi viri non malicia suggerente vel invidia, sed sola conservandi hec occultaverant causa, accepto sacramento a victoribus, pro Christi rursus revelarunt gloria, illas, quas dudum inde tulerunt, portiones inter se dividentes.

Igitur de via remotis gentium[a] impedimentis concessaque securitate viandi Christianis, magne fidelium multitudines diverse etatis et professionis sexus utriusque Hierosolimam ad confitendum nomini Domini perrexere, ut annuntiarent nomen Domini in Syon || et laudem eius in Hierosolima.

Erat autem eo tempore Scafusensium nomen Hierosolimis satis celebre. Gerhardus enim, Scafusensis abbas, vir religiosus ac timens Deum, illuc cum quibusdam suis fratribus ibi permansurus advenerat, qui religionem et predicti loci nomen benigne cunctis ibidem sua commendaverant laude.[1] In eodem autem Scafhusensi loco inter eas, que ibidem sub religionis proposito degebant, Dei famula fuit quedam Hedewic[2] vocata, que habitum sancte professionis, quem susceperat, probis moribus et vita religiosa observare studebat. Hec itaque die noctuque, dum contemplationi insisteret divine, superno, ut

a. Von derselben Hand übergeschrieben.

[1] S. über Gerhart Anhang. [2] Die in A, Nr. 51 genannte Hadewich?

credimus, igne succensa locum adire desideravit Christi passionis et sancte resurrectionis. Annuente ergo venerando Adelberto, eiusdem cenobii patre, sicut desideravit, Hierosolimam venit. Ubi aliquamdiu commorata et hiis, pro quibus venerat, intenta, pascebat locorum sanctorum crebra visitatione interioris hominis sui esuriem et, quanto dulcius delectabatur visione signorum Christi passionis, tanto adtentius se mactabat per sanctas contemplationes in sacrificio contriti cordis. Ad [[a]] hec quibusque, quos religionis fama ceteris pretulerat, se officiosa caritate et speciali familiaritate sociabat, cupiens, si quid in sua emendandum esset vita, pia imitatione exempli illorum corrigere norma. Colebat autem assidua familiaritate pre ceteris domnum Samuelem, Syrorum[a] episcopum, ut diximus, virum longevum et sanctitate plenum, et quandam inclusam, nomine Emihilt, que erat sanctissima et vel[b] pro singulari religione notissima cunctis. Post aliquos vero annos, cum predicte Dei ancille, scilicet Hedewige, occurreret animo repatriandi cogitatio, sollertissime cepit secum tractare, ne fidelibus domini Salvatoris veniret vacua, sed ut eos pie munifica aliquibus letificaret donis, quorum fuerat in professione socia contubernalis. Dum hec sedule secum volveret, occurrit eius animo, nil tam carum, nil eis conferre posse tam preciosum, quam si aliquas de cruce et sepulchro Domini illis afferret reliquias. Sciens autem, dominum Samuelem de hoc precioso thesauro portiones habere non modicas, per venerandam inclusam[c] Emihildam et alios familiares amicos appellare eius cepit aures, ut dilataret gloriam || Christi utque anime sue eternam faceret memoriam, mittendo scilicet servis domini Salvatoris, quantum ei spiritus Domini suggereret,[c] de his muneribus sanctissimis et omni seculo venerandis. Sed dum idem vir sanctus petitiones illorum in primis quasi nefas refugisset, victus tandem instantissimis eorum precibus non parve magnitudinis lapidem de sepulchro Domini et crucem de ligno, in quo pependit vita mundi, hac conditione tradidit illi, ut pro hiis celestibus donis ardentius sancto proposito insisterent fideles domini Salvatoris, et ut sui perpetuam haberent memoriam in omnibus, que facerent, bonis. Hec cum magna suscipiens devotione sepedicta Dei ancilla, quia satis sciebat infirmam mentem humanam, ne alicuius fidem oborta turbaret dubitatio, ean-

a. Von anderer Hand über der Zeile nachgetragen. b. „Vel" ist von derselben Hand übergeschrieben, ohne dass „et" beseitigt wäre. c. Von derselben Hand ein ganz überflüssiges „et" übergeschrieben.

dem crucem, quam acceperat, cum similibus, que de cruce Domini esse ferebantur, convocatis quibusdam religiosis, supposuit aque probationis. Ille autem, qui dixit: „Ego sum veritas", quique in ligno crucis morte sua eternam nobis contulit vitam, in hac re veritatis sue certissimam ostendit evidentiam. Nam, ceteris more sue nature cadentibus et aque supernatantibus, crux ista submersa || in aqua stabat erecta. Tam inaudito letificata miraculo cunctisque rebus pro voto suo prospere succedentibus, omnium religiosorum sibi se commendans orationibus, redire disponebat celerius. Illa vero veneranda inclusa, ad quam creberrima de loco Scafusensi pervenerat fama, quanta inibi Deo servientium multitudo et quam ferventissima illorum esset devotio, summo amore locum eundem dilexit et tanto se huic negotio admiscuit studio, ut, proficiscente cum reliquiis sepedicta Hedewiga, cottidianum sibi indiceret jejunium, donec certissime resciret, usque ad destinatum locum iter eius esse prosperatum. Secundum promissionem vero prophete, qui dicit: „Voluntatem timentium se faciet Dominus", et hec fidelis suo non est fraudata desiderio votique sui efficacissimum apud Deum obtinuit effectum. Portitrix enim illa sanctarum reliquiarum[a] sepius in itinere periclitata, aliquando etiam, dum a mansione properaret, earundem reliquiarum oblita nec ante medium diem earum recordata et pro his multa cordis sui perferens temptamenta, tandem, ut credimus, famule Dei suffragiis adjuta, ad desideratum eas attulit locum perve || nitque Scafhusam anno incarnationis Domini MCXXV, ubi occursu fidelium, ut dignum, suscepte sunt V. kalendas januarii (28. Dec.) cum magno laudis tripudio.

Ut autem Christus, qui Thome vulnera sua ad resurrectionis sue fidem confirmandam obtulit palpanda, de hiis sacratissimis donis fidelium suorum adhuc plenius confirmaret fidem, ipso disponente, quidam de congregatione sancti Salvatoris monachi et presbiteri laudabilis vite et boni testimonii orationis gratia profecti sunt Hierosolimam predictasque adhuc superstites personas invenientes, dominum videlicet Samuelem et venerandam Emihildam inclusam pluresque religiosos, qui huic rei interfuerant, perdiscentesque ab eis certissimam seriem, sic omnia, ut prediximus, esse gesta, verissimo et fidelissimo regressi hec suo confirmaverunt testimonio.

---

a. Die Silbe „li" von derselben Hand über der Zeile nachgetragen.

Adtendant autem fideles domini Salvatoris, ut dignis obsequiis respondeant tantis eius beneficiis, quos per talia admonet dona, ut jugi horum contemplatione mentes eorum excitate carnem suam cum vitiis et concupiscentiis studeant crucifigere, ut consepulti cum Christo per baptismum penitentie conresurgant etiam cum illo in novitate vite.

[⁴] B. (R)[a]estat nunc, (ut) ad translationem sanctorum martyrum Constantis[1] et Alexandri[1] sanctique confessoris Leguntii[2] vertamus articulum simulque fidelibus narremus ad laudem Domini, quibus miraculis Deus, qui est mirabilis in sanctis suis, declarare dignatus sit merita eorum sanctitatis. Nam iuspector cordium Deus, nostre infirmitatis prescius, qui tarde credimus, nisi signa et prodigia viderimus, horum sanctorum novitium adventum[b] honorare et illustrare quibusdam signis voluit miraculorum, per que et illorum nobis commendaret merita et nostre devotiouis ad honorem eorum et laudem incitaret premia vel studia.[c]

Temporibus predicti regis Heinrici primatum Treverice urbis tenuit Bruno, episcopus venerandus, moribus et disciplina tante dignitati satis aptus. Hic pro eo, quod a consanguineo suo[3], comite scilicet Eberhardo, locum Scafusensem constructum et a predecessoribus suis, episcopis videlicet Treverice urbis, noverat speciali dilectione semper amatum, familiarius et adtentius et ipse eundem dilexit et coluit locum. Fuit autem idem episcopus divinorum et secularium studiorum scientia || ad plenum instructus eratque precipue largitatis et summe affabilitatis. Apud quem venerandus Adelbertus, abbas Scafusensis, cum specialis familiaritatis haberet ausum, per quosdam suos familiares appellare cepit eius aures, ut locum, quem sui progenitores construxerunt et predecessores attentius dilexerunt, quem et ipse veneratione et crebra visitatione excoleret, aliquibus donis dignitatis (!) sue convenientibus illustraret, scilicet ut alicuius nominati martyris corpore eum ditaret, adtestantes, hoc etiam ante-

a. Raum für eine nicht ausgeführte Initiale. b. „Ad“ steht über der Zeile. c. „Vel studia“ von derselben Hand übergeschrieben.

[1] Ihr Tag wird gefeiert 5. Oktober, s. Bolland., Acta sanctorum III. Oct. 18. Von diesen Märtyrern wissen die Bollandisten übrigens nichts zu erzählen. [2] Sein Gedächtnisstag ist der 19. Februar, s. Acta sanctorum III, Febr. 130; übrigens ist die Existenz eines Bischofs Leguntius von Trier zweifelhaft, s. Friedrich, deutsche Kirchengeschichte. [3] S. oben A, Nr. 60, Anm. 1.

cessores eius in votis tenuisse, sed variis ex causis ab hac intentione prepeditos esse. Et cum eius animum consueta sibi benignitate petitionibus suis sensissent preparatum, ceperunt insistere, ut ceptum negotium perducerent ad effectum. Episcopus autem, satis in talibus providus, propter metum civium noluit eos suis certificare promissionibus, sed ambiguitate responsionis sue spem illorum incertam suspendit inter utrumque. Deinde abbas urbem Trevericam adiit iteratisque precibus aures episcopi et illorum, qui ei artius et familiarius adherebant, pulsavit tandemque, superna annuente benignitate, ad consensum eum inflexit petitionis sue. Explorato itaque || ad hoc tempore congruo, criptam sancti Paulini[1] abbas cum fratribus suis et episcopi capellanis intravit, ubi in sarcofagis martirum XI, ipsius urbis quondam senatórum, corpora conservabantur veneratione debita. Igitur de illis XI sancti Constantis corpus expetierunt, quod non erat incertum, in quo loco esset tumulatum. Ad hunc petendum hec ratio illorum amplius illexerat animum, quoniam per quandam Dei famulam sanctitatis illius et meriti non contempnendum audierant testimonium, que, matutinales horas frequentans, affirmabat, se verissime juvenem splendido vultu et ornato habitu vidisse sarcofago ipsius insistere eique, quis esset, dixisse, insuper et monita quedam ad eos, qui servitio Dei ibidem deputati erant, transmisisse. Hoc autem martyris corpore accepto, talique letificati dono, adhuc in aquirendo(!) corpore sancti Alexandri, qui de predictis quoque XI martiribus erat unus, summo flagraba(n)t desiderio. Et in hoc episcopus benignum cum prebuisset assensum, tamen quia eius sarcofagum nexibus ferreis erat confirmatum nec ad dissolvendum tempus erat aptum, visum est episcopo differri illud in posterum. Difficultate autem facta hac, quam diximus, de[a] causa ||, videbatur eis pondus dilationis huius sic se sustinere levius posse, si vel sancti confessoris alicuius pro expectatione impetrare possent corpus. Itaque venerabilem quendam senem allocuti eumque de sancti Leguntii, Trevirorum quondam archiepiscopi, corpore sunt percontati, quia de eodem sancto ferebatur fuisse pridem revelatum seni predicto, quod non satis accurate jaceret tumulatus in eodem monasterio. Ergo ab eis iuventus et cum licentia

---

a. „De" von derselben Hand übergeschrieben.

[1] Bischof von Trier 349—358.

episcopi sublatus, quasi candidissimum lilium rosis superioribus, idem sancti Constantis reliquiis est conjunctus. Tanto igitur ditati thesauro cum omni tandem hilaritate cordis ad Scafusensem locum verterunt gressum.[1] Erat autem in comitatu illorum quidam, quem subito acerrimus dolor invasit dentium, qui nomina et merita invocans eorumdem sanctorum dicto citius ab eodem dolore est sanatus.

Inierunt autem abbas et sui consilium, quatenus ob spem, qua erant certificati de corpore sancti Alexandri, interim occulte servarentur custodia diligenti. Sed idem sancti, occultationem suam non passi, apparuerunt cuidam monacho in ecclesia sancti Salvatoris dormienti, ignaro prorsus huius negotii. Cui assistentes, unus [5] in episcopali, alius in habitu laicali, primitus eum pro quibusdam suis negligentiis durius increparunt, dein, si carum haberet ipsos corporaliter adesse, interrogarunt. Ille vero, cum se votis omnibus id optasse diceret nominaque eorum perquireret, is, qui pontifex videbatur, se Leguntium, Trevirorum quondam archiepiscopum, testabatur, alium vero esse Constantem, urbis eiusdem senatorem et Christi martyrem, et ne eos corporaliter dubitaret[a] adesse, locum et signa certissima indicavit ei, ubi repositi essent et custoditi. Qui, investigans diligentius, cuncta sic invenit esse, sicut in visione ei fuerant dicta.

Misit deinde abbas Treverim nuntios ad episcopum, humillima et instantissima deposcens prece, ut promisso dono se suosque letificare dignaretur. Quam supplicationem episcopus clementer et benigne suscipiens, sicut dudum est pollicitus, sancti martiris Alexandri eis concessit corpus. Quod de cripta sancti Paulini cum timore debite venerationis est sublatum, cuidam de sociis illorum est traditum ad hospicium defferendum. Qui portitor forte erat ponderosus et eiusdem infirmitatis (!) tam graviter pressus, ut a medicis etiam esset desperatus. Sed cum gestaret || pondus tam sanctum, ab eadem infirmitate sanatus est ad integrum.

---

a. „Du“ ist von derselben Hand nachgetragen.

[1] In Trier kannte man noch im 15. Jahrhundert die Translatio Leguntii; denn ein Trierer Martyrolog von 1412 sagt: In civitate Treveri sancti Leguntii episcopi et confessoris. Hic translatus est in Scafusan.“ Ohne Erfolg hatte schon 1107 um Ueberlassung der Reliquien des Bischofs Leguntius Abt Tietmar von Helmward gebeten. S. Hontheim, Prodromus hist. Trevirensis 361—362.

Venerandus autem abbas Adelbertus, de donis, quas (!) ei benignissima concessit largitas Dei, immenso letificatus gaudio, statuit diem, in quo eorum faceret susceptionem, in quo et deinceps digna celebritate illorum colerent translationem. Ad quem vocavit personas illustres, domnum videlicet Trevirorum primatem eorundem donorum largitorem, et episcopum Constantiensem, presulemque Ripensem[1] abbatesque perplures et clericorum copiosam multitudinem. His ergo ad huiusmodi officium debita reverentia omnique studio ministrantibus cum magna populi frequentia suscepta et in ecclesia(m) domini Salvatoris translata sunt sanctorum corpora, ubi etiam cum ymnidicis laudibus cum digno honore V. kalendas novembris[2] sunt condita.

Post hec laudi et honori et venerationi illorum fratribus cum studiosissima devotione insistentibus et memoriam eorum frequentantibus, quo in divino conspectu fruerentur honore, per quedam signa Christus non omisit ostendere.

Quidam enim frater, qui pre ceteris studiosius et adtentius laudibus eorum insistebat et venerationi, illud summopere precabatur, || ut finem huius vite in illorum passionis clauderet die. Quod ergo plena fide petiit, consequi illorum precibus adjutus meruit, nam in die illorum passionis, ipsis visitantibus eumque consolantibus, ab hac luce est subtractus.

Mulier etiam quedam infantulum enixa est cecum. Hac de causa cum ingenti gravaretur tristicia, conspexit quadam die diluculo intrare ad se virum quendam episcopali habitu. Qui eam blande consolatus admonuit, ut monachum janitorem ecclesie sancti Salvatoris rogaret, quo puerum palla, que martirum tegebat memoriam, operiret. Illa vero interrogante, quis esset, Leguntium, Trevirorum quondam archiepiscopum, se esse dixit eidemque monacho, quod cicius de hoc seculo transiturus esset, mandavit pro signo. Paruit illa monachumque adit, quod viderat et audierat, nunciavit. Qui mox, ut mulier dixerat, oculos pueri palla sanctorum tersit, protinusque visum recepit.

[1] Bischof Torchill von Ripe in Dänemark 1110—1134. Er berührte wohl auf einer Romreise Schaffhausen. [2] Das Jahr lässt sich wohl kaum näher bestimmen. Ist aber die Erzählung chronologisch geordnet und fällt die Translation der Trierer Reliquien später, als die der Jerusalemer, so geschah erstere zwischen 28. Oktober 1126 und 28. Oktober 1133; denn Bischof Torchill fiel am 4. Juni 1134 in der Schlacht.

Ipse vero, quod de se audierat, non oblitus, jejuniis et orationibus insistens studiosius, non longe, prout ei predictum fuerat, vita est exemptus.

Accidit autem per merita sanctorum jocundum et non contempnendum miraculum. Custos ecclesie domini Salvatoris cum sanctorum || memoriam omnimodis studeret adornare, aurifex, qui idem opus susceperat, leporis pedem ad hoc necessarium exposcebat. Cumque custos idem leporis pedem diu[a] quereret nullumque acquirere posset, die quadam de hoc sollicitus cum aliis sermocinando stabat. Et subito corvus supervolans leporis ante eos pedem projecit, quem mirati sustulerunt opusque facienti dederunt.

Senex etiam quidam in hospitali domo morabatur, vir simplex, peregrinorum minister et pauperum. Hic aliquando infirmitatem incidens maximam, VII sine cibo jacuit ebdomadas, corpore exhaustus et morti jam proximus. Huius minister, quadam adveniens die, dicebat eidem egroto, a quodam ignoto per se illi nuntiatum esse monacho, ut pro salutis sue recuperatione sanctorum, quorum postera die celebrandum erat festum, intento corde invocaret auxilium. Erat denique in crastino festum sanctorum Constantis et Alexandri martirum. Quod ille devota mente suscipiens, subsequenti nocte, cum pervigil infirmitatis sue incommoditate fatigatus jaceret, ante matutinalem horam cum maxima luce duos viros vidit sibi assistere coronis splendidissimis redimitos |[c]| et vestibus candidissimis vestitos, quorum unus librum brachio gestare videbatur dextro. Perquirentibus autem illis, qualiter se haberet, cum idem infirmitatem suam, prout poterat, eis innotesceret, illi verbis blandissimis gratiam promiserunt ei sanitatis. Cumque hilari vultu aliqua inter se conferrent, que egrotus ille non poterat intelligere, facto signo ad matutinos, disparuere. Eger autem, illis discedentibus, fragrantia[b] mirifici et inestimabilis repletus est odoris. Qui etiam aliquot diebus sine corporali cibo hac tantum suavitate refectus quasi recreatus mansit et renovatus tandemque auxilio, ut credimus, sanctorum sospitati ad integrum est redditus.

Libet ad quosdam nunc aliquantulum verba vertere, qui dispositioni superne moliuntur improbare, quod interdum visiones et miracula, quibus sanctorum declarantur merita, per quasdam videntur

---

a. „Diu" von derselben Hand übergeschrieben. b. Hs. fraglantiam.

personas[a] administrari, que erga vite sue custodiam minus sunt sollicite. Isti adtentant, temporibus Nabuchodonosor et Caiphe plures fuisse in populo Dei dignioris et exellentioris meriti, sed tamen non sine dispensatione eius, qui, quotiens voluerit, veritatem per suos etiam loquitur inimicos, rex iniquus || in medio fornacis filium cognovit Dei et sacerdos impius verbis propheticis redemptionem predixit mundi. Accidit et hoc, quod reprehensibiles quidam, dum bonis associantur, per bonorum merita quedam percipiunt bona. Saul enim rex per se spiritum prophetie non meruit, sed prophetis Dei conjunctus[b] cum ipsis prophetare potuit, unde dicitur: „Num et Saul inter prophetas?"

Sancti vero, de quibus nunc sermo est, qua sollicitudine locum sibi assignatum a Deo et in eo conservantes tueantur, subsequenti narratione potest dinosci.

Monachus quidam de sancti Salvatoris congregatione ilium aliquando incidit (in) dolorem acerrimum. A quo dum inmaniter vexatus quadam nocte in infirmorum domo pervigil decubaret lecto, lumine extincto, lux splendidissima infulsit subito. Ex cuius fulgore, dum territus jaceret nimis, conspexit ad se veuire tres viros vultu clarissimos, quorum duo habitu erant militari, tercius vestitu pontificali. Cumque assisterent trementi, unus eorum, ne timeret, hortabatur verbisque blandissimis consolabatur, subinferens, se esse Constantem, alium vero socium suum, martyrem scilicet Alexandrum, || tertium autem Leguntium episcopum, seque et socium suum non parum moveri, quod fratres memoriam sui honorifice frequentarent, sanctum vero Leguntium nulla mentione excolerent. Subintulit deinde dicens: „Fratribus tuis ex persona nostra tale nuncium debes insinuare, ut actus suos studeant corrigere et a murmurationibus, quas contra prelatos suos faciunt, se continere et operi Dei diligentia majori insistere. Noverint enim pro diversis negligentiis suis vindictam contra se et locum pridem a Deo fuisse dispositam, sed nos a benignissima Christi genitrice nostra obtinuimus prece, ut apud filium suum dignaretur intercedere, quatenus auferret ultionem ire sue. Quodsi corrigenda voluerint corrigere et bonis studiis insistere, sciant, Deum in necessitatibus suis cicius subvenire." Nonnulla quoque de prelatorum incuria subjunxit verba postque cum luce eorum disparuit persona.

---

a. Von gleicher Hand übergeschrieben. b. Hs. „conjunctius".

Hec, pater venerande Adelberte, ut jussisti, simplici sermone digessi offeroque hanc scedulam tue sollertissime pietati, ut prudentie tue discretione ventilata judicia vitare possint aliena. Tibi quoque ascribatur, || si quid est in his laudabile, meę vero vilitati, si quid invenitur in eis reprehensibile.

Diese Erzählung steht auf Blatt 1—6 (der Anfang der Blätter und Seitenspalten ist oben mit || bezeichnet) des Codex 10 der Schaffhauser Ministerialbibliothek, zweispaltig geschrieben von einer Hand des 12. Jahrhunderts. Da der Verfasser den Abt Adelbert anredet, so fällt die Vollendung seines Werkes jedenfalls vor 1141; denn in diesem Jahre begleitete bereits Konrad I. die Abtswürde von Allerheiligen. Von den beiden erzählten Ereignissen aber fällt, wie S. 154 bemerkt wurde, das zweite spätestens in das Jahr 1133, während die Ueberbringung der Jerusalemer Reliquien nach eigener Angabe 1125 geschah, also zu einer Zeit, in der Abt Gerhart von Schaffhausen in Jerusalem als Prior des hl. Grabes (s. Anhang) noch lebte. Es ist desshalb sehr auffällig, dass die Erzählung, obschon sie dieses Abtes rühmend gedenkt, dennoch die Schaffhauser Nonne nicht mit ihm in persönlichen Verkehr treten lässt.

Die Erzählung ist von Pfarrer J. J. Schenkel veröffentlicht in den (Schaffhauser) Beiträgen zur vaterländischen Geschichte 1866, 43—56, übersetzt ebenda 56—72.

Anhang.

1. 1009—1064. Annales Scafhusenses.

1009. Temporibns his Ebbo, comes de Nellenbure, consobrinam Heinriei regis, Hedewigam nomine, de curia regis dnxit nxorem.

1052. Hoc anno beatns Eberhardns, comes de Nellinbnrc, Scafhnsensem locnm construere cepit, in qno sanctus papa Leo IX. X. kalendas decembris altare in honore dominice resnrrectionis consecravit et locum suis sanctis benedictionibns initiavit et confirmavit.

1064. Hoc etiam anno a Rnomoldo, Constanciensi episcopo, aecclesia sancti Salvatoris dedicatur in cenobio Scafhnsensi, qnod comes nobilis Eberhardns de Nellenbnrc construxerat et praediis suis dotaverat.

Mon. Germ. script. V, 388. Diese Annalen schrieb Bernold, der bekannte Chronist, vergl. das Facsimile seines Autographs in Mon. Germ. script. V, 388. Den Absatz 1052 nahm 1406 Hallower, der Custos von Allerheiligen, in seine für den Abt von Pfävers verfassten kurzen Schaffhauser Annalen (Ministerialbibliothek Codex 68, Bl. 156) herüber, die namentlich Brandunfälle des 14. Jahrhunderts behandeln.

Auf eine alte Hirsauer Quelle wohl führt die Angabe des Trithemius (chronicon Hirsaugiense I, 205) über Allerheiligen zurück Er erzählt: „His etiam temporibus [1050] Eberhardus, comes quidam in Suevia, cooperante sibi uxore suâ, nomine Ida, cupiens Deum bonorum suorum constituere hæredem, monasterium nostri ordinis, quod Schafhausen nuncupatur, condidit, quod multis prædiis et possessionibus pro sustentatione servorum Domini dotavit, in quo cœnobio postea per successum temporis multi doctissimi atque sanctissimi viri sub regula s. Benedicti abbatis claruerunt, de quo etiam plura monasteria nostri ordinis nova monachos et abbates primos inhabitatores diverso tempore habuerunt.“

2. 1066, nach 1. Juni. Udo, Erzbischof von Trier.

Electione cleri et populi Uodo intronizatur episcopus (Treverensis). Hic ex Alamanornm prosapia oriundus, patre Everhardo comite, matre Ita eisdemque coenobii, qnod dicitur Scafnse, constructoribus, vir valde venerabilis fuit, facie vennstus, ore faenndus, statura procerus.

Gest. Treverorum, Mon. Germ. script. VIII, 183.

3. 1075. Juni 9. Zwei Söhne des Grafen Eberhart von Nellenburg fallen in der Schlacht.

Ibi (in bello apud Unstruot) occisus est ex parte regis (Heinrici) Ernist marchio Orientis, et duo filii Eberhardi, comitis de Nellinburch, qui Shafhusense monasterium fundavit.

Casus mon. Petrishusensis. Mon. Germ. script. XX, 646.

4. c. 1080. Reform von Allerheiligen durch Abt Wilhelm v. Hirsau.

Tria (monasteria), id est Scaphesbusense, Petrishusense, Kamperg ense[1], paene jam destructa, restauravit (Willihelmus, abbas Hirsaugiensis).

Vita Willihelmi abbatis Hirsaugiensis. Mon. Germ. script. XII, 219. Ebenso, erzählt Bernold (Mon. Germ. script. V, 451), freilich unrichtig erst beim Jahre 1091: Scaphusense monasterium et Petrishusense in ripa Reni, jam dudum ædificata, regularibus disciplinis instituit (abbas Hirsaugiensis Willihelmus)".

[1] *Petershausen in Constanz, Komburg, wirt. OA. Schwäbischhall.*

5. c. 1081. Tiemo, der spätere Erzbischof von Salzburg, besucht Allerheiligen.

Abbas Tiemo (monasterii sancti Petri apud Juvavum) impiari formidans, ne communicaret peccatis alienis[1], concessit in Sueviam, ardore sancta monasteria visendi, Hirsauviense atque Scafhusense, quorum utrumque tunc temporis tanta districtionis fulgore enituit, ut passim quaquaversum relucens, catervas fidelium lumine suo attraheret et dulcis theoriae disciplinis in scola spiritali adprime imbueret. In alterum horum, id est Hirsauviense, cuius etiam angustius nomen mansit ac manet, totis animis vir Dei se recepit.

Passio Tiemonis archiepiscopi. Mon. Germ. script. XI, 54.

[1] *D. h. dass er nicht den heinricianischen Gegenbischof von Salzburg anerkennen müsse.*

6. 1082 und 1096. Die Aebte Sigfrid und Diepold von Allerheiligen kommen aus Hirsau.

Nomina abbatum ad alia loca transmissorum: Sigefridus abbas[1] ad Schafhusen mittitur. Diepoldus[2] postea ad eundem locum datur abbas.

Codex Hirsaugiensis; Bibl. des literar. Vereins in Stuttgart II, 22.

[1] *Gestorben 27. Oktober 1096.* [2] *Diepold kann nicht, wie die gewöhnliche Annahme will, Sigfrids Nachfolger gewesen sein (s. unten Nr. 19), sondern er gehört in das 12. Jahrhundert. Vielleicht war er Nachfolger Adalberts I.*

7. 1082. Abt Sigfrid von Allerheiligen betheiligt bei der Reform von Muri.

Comes (Werinharius de Habsburg), pergens ad cellam Albam[1], obtinuit ab abbato illo, qui vocabatur Giselbertus, ut mitteret huc (in monasterium Murense) fratres suos, quorum ista sunt nomina: Ruprecht, qui postea factus hic abbas, Oprecht, Heinrad, Rifrid. Tamen antequam huc venirent ipsi fratres, rogatu prædicti comitis venerunt huc duo abbates, id est Willeberd (!), Hirsaugiæ abbas, et Sigfridus de Schafhusen et inspexerunt locum, placuitque eis satis bene locus iste. Reversique ad eundem comitem monuerunt eum, ut pro salute animæ suæ dimitter et locum liberum ac rusticos et ministros suos separaret a cella; nam

quod modo est cella, adhuc erat vicus. Quos ille benigne ac prudenter in hoc audivit, dixitque eis, ut ipsi componerent ac dictarent chartam libertatis, secundum quod optimum et utilissimum fore scirent, ut ipse eam postea coram rege et principibus ac populo corroboraret et confirmaret. Quod cum perfecissent, congregatis principibus suis ac ministris, venit huc in vigilia sancti Martini (10. November) una cum Giselberto, abbate de cella sancti Blasii, et fratribus illis, quos supra nominaveram, et hisdem abbatibus, aliis quoque principibus, id est Ruodolfo de Dierstein[2] necnon Burkardo, comite de Nellenburg, multisque aliis, tam liberis quam servis, fuitque huc eundem festum diem, et post festum accessit ad primare altare et dimisit locum liberum penitus ac perfecte, ut nullus posterorum suorum vel heredum posset ullam rationem habere vel excogitare ad istum locum, tradiditque domino Deo, sanctæ Mariæ, sancto Petro, sancto Martino in conspectu principum, quos supra diximus, et in conspectu ministrorum ac servorum tam suorum quam ecclesiæ istius, jussitque recitari eandem chartam libertatis.

Acta fundationis Murensis monasterii. Bei Herrgott, Genealogia Habsburg. I, 306; bei Kopp, Vindiciæ actorum Murensium, Anhang 22—23.

[1] *St. Blasien.* [2] *Thierstein bei Solothurn.*

8. 1083. Blüthe von Allerheiligen.

Eo autem tempore in regno Teutonicorum tria monasteria cum suis cellulis, regularibus disciplinis instituta, egregie pollebant: quippe coenobium sancti Blasii in Nigra Silva et sancti Aurelii, quod Hirsangia dicitur, et sancti Salvatoris, quod Scefhusin, id est Navium domus[1], dicitur. Ad quae monasteria mirabilis multitudo nobilium et prudentium virorum hac tempestate in brevi confugit et, depositis armis, evangelicam perfectionem sub regulari disciplina exequi proposuit, tanta inquam numero, ut ipsa monasteriorum aedificia necessario ampliarent, eo quod non aliter in eis locum commanendi haberent. In his itaque monasteriis nec ipsa exteriora officia per seculares, set per religiosos fratres administrantur, et quanto nobiliores erant in seculo, tanto se contemptilioribus officiis occupari desiderant, ut, qui quondam erant comites vel marchiones in seculo, nunc in coquina vel pistrino fratribus servire vel porcos eorum in campo pascere pro summis deliciis computent. Ibi nempe et porcarii et bubulci praeter habitum idem sunt, quod monachi. Tanto autem caritatis ardore omnes pariter fervent, ut quilibet eorum non tam suum quam alienum desideret proficuum; et in exhibenda hospitalitate tam mirabiliter insudant, ac si se perdidisse estiment, quicquid pauperibus Christi vel hospitibus non erogaverint.

Bernoldi chronicon ad anno 1083. Mon. Germ. script. V, 439.

[1] *In Wahrheit dürfte der Name Schaffhausen, den sehr viele Ortschaften führen, welche grösstentheils nicht an befahrbaren Flüssen liegen, nicht von Schiff, schwerlich auch von Schaf, obwohl schon im 12. Jahrhundert Abt Hugo von Allerheiligen sich Ovidomensis nennt, oder von Schapfe herzuleiten sein, sondern von Scaft, (Rohr, calamus), so dass Schaffhausen nur aus Scafthusen assimilirt ist und Ansiedlung im Röhricht bedeutet. Für diese Annahme scheint mir die Lage unseres Ortes zu sprechen, denn hier bei der Mündung zweier zur Ueberschwemmung geneigter*

Bäche in den Rhein musste das Land, so lange es uncultivirt blieb, versumpfen und eben dadurch eine Wohnstätte des Rohres werden. Die falsche Deutung unseres Namens mit „navium domus" ist zweifelsohne auf die Phantasie etymologisirender Mönche von Allerheiligen zurückzuführen.

9. 1083—1096. Abt Sigfrid von Allerheiligen, ein Führer der gregorianischen Partei.

Quanta vero gratia Dei subsecuta sit obedientes Gregorianae institutioni, ostendit religio quadrata, per apostolicam Gregorii nostri benedictionem venerabiliter in his regionibus inchoata et feliciter multiplicata: videlicet attonsorum Christi servorum eisque fideliter servientium fratrum barbatorum, virginum singulari devotione jugiter inclusarum, itemque virginum regulari moderatione introitus et exitus suos custodientium. Sane quadraturae huius sive quadrigae quatuor praecipui rectores fuere, videlicet canonicae vitae renovator eximius Altmannus, episcopus de Patavia, et beatae recordationis Odalricus, prior de Cluniaco[1], venerandi patres Wilhelmus de Hirsaugia et Sigefridus de sancti Salvatoris cella.

Paulus Bernriedensis, Vita Gregorii VII. Watterich, pontificum Romanorum vitae I, 543.

[1] *Gründer des nach ihm benannten Klosters St. Ulrich, bad. A. Staufen im Breisgau.*

10. 1086. Die Mönche von Allerheiligen feinden St. Gallen an.

Quidam regulares viri sub quibusdam novis adinventionibus et insolitis consuetudinibus de quibusdam cellis sancti Salvatoris, id est Scafhusin, et sancti Aurelii, id est Hirsonve, sanctique Blasii se emergentes, eundem locum sancti Galli, aliquando instar cuiusdam paradysi sub omni ornatu scientiæ et regularis disciplinæ efflorentem, sub occasione cuiusdam anatematis tunc temporis late praevalentis eidem marchioni[1] et aliis secularibus locum sancti Galli contemptibilem et exosum fecerunt in tantum, quod ipsum rebus et disciplina quasi in nihilum redegissent. Cum autem Dominus ex insperato desolationem loci sancti Galli vellet respicere et labori patriarchae Uodalrici[2] dignaretur finem imponere, clementi bonitate abstulit inimicos eius rex Israel. Nam Hermannus, superpositicius rex, sibi semper odiosus, in nativam terram suam Lutoringam Heinricum regem fugiens, per insidias est interemptus, abbas etiam Augensis Ekkehardus, sibi semper infestus et nimis loco sancti Galli odiosus, maliciae suae moriendo finem dedit. Liutoldus etiam, adjutor illius, advocatus loci istius, inoppinato hoste occiditur, cui filius eius Chuono, adhuc puer, commoritur, sicque locus iste et abbas Uodalricus a suis persecutoribus liberantur.

Casuum s. Galli contin. II. St. Gall. Mittheilungen XVII. 82 ff.

[1] *D. h. Herzog Bertold II. von Zähringen.* [2] *Von Aquileja, zugleich Abt von St. Gallen, ein Hauptanhänger Heinrichs IV.*

11. 1086. Allerheiligen vertauscht Welchenfeld.

Est locus cellae (S. Georgii in Nigra Silva) vicinus, nomine Welchenveld[1], qui pertinuit ad abbatiam Scaphusensem, deditus illuc a beato Eber-

hardo, comite de Nelleuburg. Hunc camsit senior Richardus de Capella[2] et dedidit eum Deo et sancto Georgio.

Notitia s. Georgii § 33, (Zeitschrift für Gesch. d. Oberrheins IX, 203) ad annum 1086.

[1] *Welchenveld lag (a. a. O. 210) zwischen St. Georgen und dem abgegangenen Dorfe Waldhausen bei Villingen.* [2] *Kappel, bad. A. Villingen.*

12. 1089. Abfall Tuto's von Allerheiligen.

In Alemannia quidam laicus (Tuto de Wagenhusen), communem vitam more apostolorum professus, qui se et sua ad monasterium sancti Salvatoris contradidit ibique diu debitam obedientiam exhibuit, derepente cepit apostatare, seque et sua de praedicto monasterio sacrilege non timuit abripere. Quapropter domnus papa Urbanus missis literis venerabili Gebehardo, Constantiensi episcopo, ex apostolica auctoritate praecepit, ut eundem apostatam canonice vocaret et mucrone anathematis a membris Christi penitus eum amputaret, nisi citius de eadem apostasia et sacrilegio resipisceret[1].

Bernoldi chronicon ad annum 1092. Mon. Germ. script. V, 454.

[1] *S. oben A, Nr. 10. Aus diesem Schreiben Urbans II. folgt auch, dass Bernold die Apostasie Tuto's 3 Jahre zu spät ansetzt.*

13. 1092. Ende des Jahres. Erdbeben zu Schaffhausen.

Magnus quoque terrae motus in eodem (Constantiensi) episcopatu apud cellam Salvatoris eo tempore noctu contigit; unde et paucis tunc innotuit praeter quosdam religiosos viros et feminas, quibus eadem nocte nondum somnus obrepsit. Hunc terrae motum catholici juxta evangelium divinam iram portendere pro supradicta praesumptione[1] non dubitarunt.

Bernold chronicon ad annum 1092. Mon. Germ. script. V, 453—455.

[1] *Bernold meint den Versuch des Patriarchen Udalrich von Aquileja, den Bischof Gebhart von Constanz zu verdrängen.*

14. 1093. Abt Sigfrid von Allerheiligen denkt an Auswanderung nach Nobiliacum.

Sigifredus, abbas Scafhusensis, de Alemannia, cellam Nobiliacum[1] dictam a Richardo, Massiliensi abbate, impetravit locumque sibi suisque fratribus ibi praeparavit, quo ad tempus secedere posset, si forte in suo monasterio propter excommunicationem persistere nequisset. Nam illa veternosa excommunicatio, quam piae memoriae Gregorius papa super Guibertum et eius complices fecit, jam adeo majores atque minores in Alemannia contaminavit, ut quique religiosi se inter eos, salva catholica communione, perduraturos desperaverint.

Bernoldi chronicon ad annum 1093. Mon. Germ. script. V, 455.

[1] *Jetzt St. Leonhard im Limousin nach Græsse, Orbis latinus 147.*

15. 1093. August 1. Abt Sigfrid schenkt dem Kloster St. Peter Reliquien.

Consecratio (monasterii sancti Petri in Nigra Silva) facta est in kalendis augusti, cum est statio ad vincula sancti Petri, quorum etiam magnam partem

venerandus abbas Sigefredus de cella Salvatoris eidem loco contulit et multas aliorum sanctorum reliquias.

Bernoldi chronicon ad annum 1093. Mon. Germ. script. V, 456.

16. 1094. April. Urtheil der Synode von Constanz über Tuto.

In hac sinodo (Constantiae, in epdomada majori ante pascha a Gebehardo episcopo Constantiensi celebrata) venerabilis abbas Sigifredus[1] de cella sancti Salvatoris super Tuotonem, obedientarium suum, se proclamavit, qui se et bona sua ad illud monasterium libere contradidit, sed non multo post sacrilege se et sua inde penitus abalienare temptavit. Unde sancta sinodus juxta statuta canonum judicavit, ut vir ille absque omni contradictione ad obedientiam sui abbatis rediret eique cum suis bonis jure perpetuo humiliter subjaceret, et de transacta inobedientia juxta praeceptum abbatis dignam penitentiam exequi studeret; sicque factum est, ut sinodus faciendum esse judicavit.

Bernoldi chronicon ad annum 1094. Mon. Germ. script. V, 458—459.

[1] *Die Anwesenheit Abt Sigfrids auf dieser grossen Gregorianerversammlung erwähnt auch die Notitia sancti Georgii, Zeitschrift für Gesch. des Oberrheins IX, 201.*

17. 1094, April. Tuto schenkt Wagenhausen der Constanzer Kirche.

De Waginhusin.[1] Et erat vir nobilis, cui nomen Tuoto, qui predium suum apud Waginhusin et alia omnia, quae habebat, ac semet ipsum ad Scafhusin obtulit et aliquanto tempore ibi in sancto proposito deguit. Postea se et omnia, quae illuc tradiderat, subtrahens, tantis eos molestiis afflixit, ut ei tandem tria predia traderent et se abdicarent, scilicet Waginhusin, ubi jam cellam feceraut, Capellam[2] et Honstetin[3], ut saltem ipsi caetera quiete possiderent. Hoc patrato, idem Tuoto jam dictam cellam Waginhusin cum omnibus appendiciis suis Constantiensi aecclesiae tradidit, astante Scafhusensi abbate Adilberto[4] et eius advocato Adilberto, comite de Morisberch[5], et pluribus ex fratribus, nec contradicentibus. Actum in publica synodo Constantiae coram plurimis idoneis testibus. Gebehardus autem episcopus traditum sibi locum Theoderico, abbati (Petrishusensi), commendavit, et ipse fratres idoneos illuc adduxit, per quos eundem locum multis annis excoluit. Post haec Scafhusenses et heredes Tuotonis coeperunt ipsum locum addicere, asserentes, eum ad se jure utrique pertinere, ac per hoc incremento eius usque in presens[6] maximum impedimentum fuere.

Casus monast. Petrishusensis. Mon. Germ. script. XX, 656.

[1] *Wagenhausen, Kant. Thurgau.* [2] *Kappel, wirt. OA. Ravensburg.* [3] *Honstetten, bad. A. Engen.* [4] *Verschrieben für Sigfrid.* [5] *Mörsberg, Kant. Zürich.* [6] *C. 1156, s. Mon. Germ. script. XX, 622.*

Diese Nachricht, die Nr. 16 widerspricht, ist jedenfalls mit Vorsicht aufzunehmen.

18. 1095—1101. St. Agnes zu Schaffhausen als Vorbild für die Nonnen von Lippoldsberg an der Weser.

Sorores monasterii Lippoldsberg in Hassia promittendo laudant inclusionem, sicut hactenus habuerunt Scafhusenses sanctimoniales, et infra hanc inclusionem

imitari et observare, inquantum possunt, ordinem et consuetudines Hirsonvensium monachorum.

Abdruck der ganzen Urkunde bei Schrader, die älteren Dynastenstämme zwischen Leine, Weser und Diemel I, 227. — Regest: Will, Regesten zur Geschichte der Mainzer Erzbischöfe I, 229, Nr 29.

19. 1096. October 28. und November 2. Tod Abt Sigfrids, sein Nachfolger wird Gerhart.

Sigifredus, piae memoriae Scafhusensis abbas, vir magnae prudentiae et admirabilis benevolentiae, V. kalendas novembris[1] ad Dominum migravit omnibusque fidelibus, tam laicis quam spiritalibus, magnum merorem in sua discessione reliquit; cui venerabilis Gerhardus[2] in ordine successit in IV. nonis novembris.

Bernoldi chronicon ad anno 1096; Mon. Germ. script. V, 464.

[1] *Gleichen Todestag gibt Bernolds Necrolog (Mon. Germ. script. V, 392) an.*
[2] *Ohne alle Veranlassung macht man denselben zu einem Italiener; aus Nr. 28 erhellt vielmehr seine deutsche Herkunft. Von ihm berichtet Mabillon, Annales Benedictini V, 373: „Is est Gerhardus abbas, cui Beraldus presbyter librum de vitandis excommunicatis et lapsis reconciliandis deque conciliorum et pontificum auctore (a Tegnagello editum) inscripsit.“ Nach Ussermanns Ausgabe dieser Schrift Bernolds (Collectio monumentorum II, 311—312) indessen ist diese Mittheilung irrig. S. auch oben A, Nr. 28.*

20. 1098. Abdankung des Abtes Gerhart und Bedrängniss von Allerheiligen durch seinen Vogt Adalbert.

Gerhardus, venerabilis abbas Scaphusensis, pro humilitate locum suum, annuente domno papa, dimisit, et ab ipso concessionem, ut alius eidem loco abbas praeficeretur, impetravit. Sed magna calamitas illum locum pastore destitutum statim subsecuta est, ita ut ex fratribus multi illum desererent, et seculares bona loci illius sibi sacrilege vendicarent. Unde et abbas ibidem ordinari diu non potuit, juxta quod domnus papa fieri disposuit. Advocatus etiam ipsius loci, comes Adelbertus, munitionem quandam[1] ibi prope firmavit et bona abbatiae sibi sacrilege vendicavit. Quapropter monachi cum crucibus et reliquiis et letaniis suppliciter ad eandem munitionem processerunt; set a militibus comitis partim occisi, partim vulnerati, set omnes male tractati, domum redire vel reportari compulsi sunt, quippe crucibus et reliquiis particulatim disruptis et per campum heu! miserabiliter dissipatis. Hinc ille comes tam clericis, quam laicis multum erat abominabilis. Set et ipsi monachi judicio Dei hoc promeruisse a quamplurimis judicabantur, eo quod abbatem suum non bene tractaverint eumque a se absque competenti ratione non tam dimiserint, quam expulerint.

Bernoldi chronicon ad annum 1098. Mon. Germ. script. V, 465—466.

[1] *Wahrscheinlich erste Erwähnung des sog. Munot in Schaffhausen.*

21. 1099. Juni 24. Wahl des Abtes Adalbert I.

In Alemaunia tandem post multa pericula abbas in Schaphusensi monasterio ordinatus est, nomine Adelbertus. Qui de prioris abbatis quasi expulsione infamatus ita se judicio aecclesiae expurgavit, ut ab episcopo per obedientiam, quam regulae

debuerit, interrogatus, se innocentem de illo crimine profiteretur. Ordinatus est autem a venerabili Gebehardo, Constantiensi episcopo et sedis apostolicae legato, in nativitate sancti Johannis Baptistae.

Bernoldi chronicon ad annum 1099. Mon. Germ. script. V. 466.

22. 1100. Abt Gerhart wird Wächter des hl. Grabes.

Gerhardus, venerabilis abbas, qui dudum Scaphusensem abbatiam pro Deo dimisit, et hoc cum auctoritate domni Urbani papae, Jerosolimam cum exercitu Christianorum petiit, qui post multos labores civitatem obtinuerunt et praedicto abbati sepulchrum Domini custodiendum commiserunt.[1]

Bernoldi[2] chronicon ad annum 1100. Mon. Germ. script. V, 467.

[1] *Gerhart führte in Jerusalem den Titel „prior sancti sepulchri." Er zählte als solcher zu den Grossen des Königreiches Jerusalem und nahm desshalb an wichtigen Staatshandlungen persönlichen Antheil. So betheiligte er sich z. B. 1120 am Concil von Neapolis in Samarien und bestätigte durch seine Unterschrift den Staatsvertrag des Königreiches mit Venedig 1123. Meines Wissens erscheint Gerhart zum letzten Mal am 2. Mai 1130, s. Bongarsius, Gesta Dei per Francos 824. 831; Muratori, Rer. Italic. script. XII. 275. Wohl zu unterscheiden ist er von seinem Zeitgenossen Gerhart, dem Kämmerer des Königs Balduin I. von Jerusalem.* [2] *Ueber Aufenthalt und Tod Bernolds zu Schaffhausen s. Nachwort.*

23. 1101. September 7. Abt Gerhart von Schaffhausen nimmt an der Schlacht und am Siege bei Ramleh Theil.

1. (Die Kreuzfahrer unterlagen anfangs den Aegyptern). „Ad hæc duo catholici pontifices, Gerhardus et Baldewinus, quorum alter Gerhardus crucem dominicam præferebat ad confusionem et obcæcationem Sarracenorum et liberationem Christianorum regi [Balduin I. von Jerusalem] in mansuetudine et correctione sic locuti sunt: „Timemus, domine rex, ne ob discordiam, quæ inter te et dominum patriarcham orta est, hodie nostris victoriæ fiat impedimentum. Ideo monemus te, ut cum illo in concordiam redeas et sic domino Deo pacis satisfacias, quatenus a præsenti periculo eruamur." Quibus rex: „Recte" inquit, monuistis", et hæc dicens ab equo desiliit et coram dominica cruce procidens in terram adoravit dominum cœli et hæc pontificibus responsa dedit: „Patres et fratres in Christo carissimi, pastores et doctores peritissimi, judicium mortis nobis præsto est, inimici innumerabiles obstant in arcu, in hastis, in gladiis fulmineis, quos penetrare et expugnare pro imperio Romanorum, pro regno Franciæ et Angliæ non hodie apponerem, nisi per gratiam domini nostri Jesu Christi, de quorum manibus sic me dominus Deus eruat, ut non cum illo pacem componam, nisi primum coram apostolico et omni ecclesia de perfidia, quam egit, canonice fuerit expurgatus." Et hoc dicto cum jurejurando confessionem delictorum suorum coram iisdem episcopis fecit, deinde, corporis et sanguinis dominici percepta communione, decem milites loricatos cum Gerhardo episcopo, lignum sanctæ crucis præferente, reliquit......... Cum sic rex per medios hostium globos irrumperet, campos occisorum cadaveribus sterneret, quidam nominatissimus ammiraldus episcopo crucem ferenti occurrit in furore vehementi, ut raptim caput eius detruncaret, sed divina ultione et percussione præventus subitanea morte suffocatus expiravit.

2. Ivimus ad prælium, quo fecit rex portari illud dominicæ crusis lignum, quod nobis præbuit salutare solatium..... Abbas quidam, vir venerandus, crucem prædictam Domini palam cunctis gestabat.

3. Prævio ligno crucis dominicæ, quod quidam abbas religiosus cum multo Dei timore gestabat in manibus, hostium acies contuentur (Christiani).

4. Referebat michi venerabilis abbas Gerhardus, qui tunc crucem dominicam semper lateri regis contiguus preferebat, nunquam se tantam nivis vel pluviae, quantam tunc telorum contra regem volare densitatem vidisse; at post ligni preciosi intuitum nullum ex hostibus telis se vel armis, sed universos fugae presidio se commisisse.

1) Aus Alberti Aquensis hist. Hierosol. VIII, cap. 55—57; 2) Aus Fulcherii Carnotensis gesta peregrin. Francorum, cap. 26; 3) Aus Willelmi Tyrensis historiæ lib. X, cap. 16, alle in Bongarsius, Gesta Dei per Francos pag. 313, 411, 785; 4) Aus Ekkehardi chron. universale. Mon. Germ. script. VI. 223.

Irrig nennt Albertus Aquensis Gerhart „episcopus", ebenso unrichtig nennt ihn die gewöhnliche Meinung gar Erzbischof von Cæsarea; dies war 1101—1107 der oben mit Gerhart genannte Baldewin.

24. 1106. Mönche von Allerheiligen kommen nach Benedictbeuren in Oberbaiern.

(Eberhardus, abbas Benedictoburanus), mortuo Tridentino,[1] per quem intraverat, ea tempestate, qua tercius Heinricus regno pulsus est et quartus Heinricus sceptro potiri cepit, curiam adiit, libertatem reformavit, investitus est; sicque roboratus domum regrediens, monachos, qui corrigi nolebant, ejecit et fratres Deum timentes et regulariter viventes de Scafhusensi monasterio advexit. Horum primordia quam leta et quante pinguedinis fuerint, nullus crederet, nisi forte aliquis altius intendens intelligeret, hoc posse spem Helisei, qui in porta Samarie post tantam egestatem una tantum nocte media modium simile et duos modios hordei statere uno vendi predixit. Auspicium huius habundantie fuit piscis, qui dicitur carpo, primo die primi introitus eorum captus, sed nec prius nec postea in illo gurgite visus tante pinguedinis tantique suminis, ut comedentes in nausiam vertere diceretur. Odore virtutis eorum attracti, quidam nobiles, quidam divites secularia contempserunt et, monasticam vitam professi, Deo et sancto Benedicto se suaque omnia dederunt.

Chronicon Benedictoburanum. Mon. Germ. script. IX, 235.

[1] *Bischof Adelbero von Trient.*

25. 1113. September 30.

Adalbertus, abbas Scafhusensis, ist bei der Einweihung der Klosterkirche zu St. Peter im Schwarzwalde zugegen.

Rotulus Sanpetrinus bei Leichtlen, die Zähringer 77, § 100.

26. 1115. März 12. Zusammenkunft der Bischöfe Rudolf von Basel und Wido von Cur in Schaffhausen.

(Bischof Rudolf von Basel, welcher den Besitz des Klosters Pfävers anstrebte, wurde von Pabst Paschalis wiederholt zum Aufgeben seiner Pläne aufgefordert, wenn er nicht bis zum 20. März 1115 seine Ansprüche vor ihm rechtfertige.

Unde ad callida convertitur argumenta, quibus suae malignitatis iniqua credidit tueri posse molimina. Decem enim dierum spatio ante terminum utrisque constitutum, abbati videlicet et episcopo, apud villam Schafusensem quam plurimos amicorum ad suum colloquium convocavit nec non episcopum Curiensem, nomine Widonem, ad eundem locum venire litteris suis enixe rogavit, in quibus, quicquit placeret episcopo, se pollicebatur facturum super Fabariensi loco.

Narratio de libertate ecclesiae Fabariensis. Mon. Germ. script. XII, 412.

27. Vor 1127. Allerheiligen im Streite mit Petershausen wegen Wagenhausen.

De Waginhusin. Per hec tempora Waginhusensis cella curam et regimen a nostro monasterio habuit, set ex contentione Scafhusensium impedita usque in hodiernum[1] parum profecit. Set tunc Folchnandus, quidam senex presbyter, illuc transmissus prefuit, sub quo et ego illic tunc eram, et habuimus foederatos jam Scafhusenses et Steinahenses,[2] qui similiter suum esse ipsum locum certabant et sepius ante vastaverant et adhuc devastant. Set cum satis ordinate tunc temporis divina et humana ibi haberentur, Uodalricus episcopus[3], credens, se citius quiddam magni patraturum, dimisit nos et Utonem quendam abbatem ibi fecit eumque, in quibus potuit, adjuvit.

Casus Mon. Petrishusensis. Mon. Germ. script. XX, 665.

[1] *C. 1156, s. Mon. Germ. script. XX, 622.* [2] *Stein am Rhein.* [3] *Gestorben 27. oder 29. August 1127, s. oberrh. Zeitschrift XXIX, 277.*

28. 1130—39. Eine Kreuzpartikel Abt Gerharts kommt nach Zwiefalten.

Bertoldus junior, frater Lintfridi (de Sparwarisekke), Iherosolimam pergens, attulit nobis de ligno Domini cruciculam super aurum et topazion preciosam, quatuor lapidibus de presepio Domini, de loco Calvariae, de sepulchro et de ascensione Domini insignitam. Haec erat crux cuiusdam Gerhardi, abbatis Scafhusensis coenobii, qui expulsus Iherosolimam petiit, ibique custos sancti sepulchri aliquanto tempore deputatus, hunc thesaurum acquisivit et, ad ultimum apud Nazaret diem obiens, cuidam compatriotae suo Zaizolfo, capellano suo, eandem cruciculam pro magnis divitiis reliquit. Qui tanto patre orbatus, magna victus penuria constrictus, repatriare coactus, sed ad viaticum non habens sumptus, eidem Bertoldo in itinere, ut peregrinus comes effectus, pro amore Dei ab eodem pro peregrino est habitus et pastus et apud Joppe interim, dum navis armamenta reparantur, infirmitate gravatus, prefatam cruciculam prefato Bertoldo pro mercede vel benedictione offerens, est mortuus.[1]

Bertoldi Zwifaltensis chronicon. Mon. Germ. script. X, 108.

[1] *Da, wie oben erwähnt, Gerhart am 2. Mai 1130 zum letzten Male genannt wird und da von den Geschenken, welche Bertold von Sperberseck nach der weitern Erzählung Bertolds zugleich mit der Kreuzpartikel an Zwiefalten übergab, Abt Ulrich I. von Zwiefalten (gest. 19. März 1139) einen Theil dem Böhmenherzog Boleslaus schenkte, so fällt obige Schenkung zwischen 1130 und 1139.*

Nachwort.

Die von Hirsau aus gegründeten oder reformirten Klöster haben sich um die Geschichtforschung dadurch Verdienste erworben, dass sie bis in das 13. Jahrhundert hinein eifrig ihre zahlreichen Gütererwerbungen beurkundeten, in Traditionsbüchern verzeichneten oder in ihre Klosterchroniken, die deshalb hauptsächlich Gütergeschichte enthalten, verwoben. Es dürfte genügen, um diesen Satz zu begründen, an den Codex Hirsaugiensis, die Schenkungsbücher von Komburg und Reichenbach, die Notitia St. Georgii, den Rotulus Sanpetrinus, die Zwiefaltner Chroniken Ortliebs und Bertolds, die Codices traditionum von Weingarten, das Chronicon Petrishusanum zu erinnern. Vielleicht keines dieser zahlreichen Hirsauer Klöster aber verdient in dieser Hinsicht so unsere Anerkennung, wie die Abtei Allerheiligen in Schaffhausen; denn dieselbe hat uns nicht nur einen werthvollen Güterbeschrieb, sondern, was viel wichtiger sein dürfte, eine stattliche Reihe von Originalurkunden des 11. und 12. Jahrhunderts hinterlassen.

Während der ganzen Dauer seiner Existenz nämlich hat Allerheiligen die Wichtigkeit eines Archives erkannt und demgemäss jederzeit sorgfältig seine Urkunden geordnet und bewahrt. Schon in der Mitte des 12. Jahrhunderts wurden die sämmtlichen damals vorhandenen Urkunden registrirt und mit Rückaufschriften versehen.[1] Im 13. Jahrhundert liess Allerheiligen ein prächtig geschriebenes Copial-

[1] Ich habe dieselben oben jeweilen unter dem Titel: „Aeussere Aufschrift“ wiedergegeben.

buch seiner Pabstprivilegien anfertigen, von dem wir freilich nur noch ein kleines Bruchstück besitzen. Im 14. Jahrhundert ferner liess dasselbe seine wichtigern Urkunden von der kaiserlichen Kanzlei und vom bischöflichen Officialate zu Constanz vidimiren und ausserdem noch copiren. Auch im 15. Jahrhunderte blieb die Ordnung des Archives, wie die Registraturzeichen auf den Urkunden selbst darthun, fortwährend eine Aufgabe der Mönche von Allerheiligen. Der Rechtsnachfolger des Klosters, der Kanton Schaffhausen, würdigte ebenfalls die Bedeutung des reichhaltigen Archives und liess 1598 ein sorgfältig bearbeitetes, noch vorhandenes Repertorium anlegen.

In unserm Jahrhunderte endlich wurden die Urkunden von Allerheiligen, die bedauerlicher Weise in zwei Theile geschieden worden waren (von denen der eine, das staatsrechtliche Material, namentlich Kaiser- und Pabstprivilegien enthaltende in das Schaffhauser Kantons- oder Staatsarchiv kam, der andere aber, welcher die Erwerbstitel für Allerheiligens Güter umfasst, sich in der kantonalen Finanzverwaltung befindet) in sorgfältiger Weise von Johann Ludwig Peyer repertorisirt. Gleichzeitig wurde aber der Bestand des Klosterarchives dadurch geschmälert, dass die auf Illnau bezüglichen Urkunden desselben an das Staatsarchiv zu Zürich, die über Allerheiligens Gilten in badischen Orten, namentlich im Hegau, 1821 an das General-Landesarchiv zu Karlsruhe abgetreten wurden. Ich kann hier den Wunsch nicht unterdrücken, dass das Staatsarchiv und das der kantonalen Finanzverwaltung (von mir mit „Schaffhausen, Klosterarchiv" angeführt) recht bald wieder vereinigt werden, und dass der Kanton Schaffhausen für das vereinigte Archiv ein feuerfestes Gebäude erbauen möge! In jüngster Zeit endlich machte sich insbesondere Herr Pfarrer J. J. Schenkel in Schaffhausen um das Archiv verdient, indem er von sämmtlichen Urkunden des Staatsarchives, wie der Finanzverwaltung (mit Recht beide Abtheilungen als ein Ganzes behandelnd) und des antiquarischen Vereins zu Schaffhausen bis zum Ende des 14. Jahrhunderts treffliche Regesten anfertigte und damit den Benützern des Archives ein vorzügliches Hilfsmittel schuf. Um so verdankenswerther ist der unlängst gefasste Beschluss der Schaffhauser Regierung, diese Regesten veröffentlichen zu lassen. Mit dieser Arbeit ist Herr Pfarrer Bächtold von Schaffhausen betraut, der sich entschlossen hat, zugleich die bis in das 13. Jahrhundert zurück-

reichenden Urkunden des nicht unbedeutenden städtischen Archives seiner Vaterstadt zu regestiren und diese Sammlung mit jener Schenkels als ein Ganzes mitzutheilen. Mögen diese Regesten recht bald erscheinen!

Archivalien, namentlich Briefe, von Allerheiligen besitzt ausser den genannten Archiven die Ministerialbibliothek zu Schaffhausen, die Erbin der Manuscripte des Klosters, dessen Mönche auf leere Blätter ihrer Codices solche Briefe verzeichnet haben. Eine Urkunde von 1096 ferner, die ehedem wohl der kantonalen Finanzverwaltung angehört hat, ist gegenwärtig Eigenthum des antiquarischen Vereines in Schaffhausen, der sie mit zahlreichen andern Urkunden als Bestandtheil der Harder'schen Sammlung vor einigen Jahren angekauft hat.

pertinentibus, talemque hereditatem, qualem apud Richgerum acquisivit, et decimacionem in Jestetin[11] et in Hovestetin[12], et in eadem commutacione partem, quam habuit in Svabouva[13], habuit, hoc est tam terris, quam ędificiis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, vel quicquid dici aut nominari potest; in eam videlicet racionem, ut ego et prædictus abba noster atque idem comes noster secundum præfixam commutacionem ab hodierna die omni tempore habendi, tenendi vel quicquid de ipsis rebus ad nostram utilitatem cupimus liberam in omnibus faciendi potestatem habeamus. Si quis vero, quod fieri non credimus, nos ipsi aut ullus successorum nostrorum hanc commutacionis cartulam infringere temptaverit, sociante fisco multam componat, hoc est auri uncias X, argenti pondera totidem coactus persolvat, et insuper hęc commutacio stabilis atque inconvulsa permaneat omni tempore. Actum in villa Aschinza[14], domno Karolo præcipiente et per eius missum Adilbertum nos de eadem commutacione revestiente, præsente Salomone episcopo. Anno ab incarnatione Domini DCCCLXXVI., regni autem Hludewici serenissimi regis XXXVI., mense augusto, die lune, anno IIII. Johannis papæ VIII, coram idoneis testibus.

Cartular (Sp. 18 u. 19). — Abdruck: Zapf, S. 438 u. 439. — Neugart I. S. 407. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 715.

[1] Karl, Ludwig's dritter Sohn, der spätere Kaiser Karl III., dem 865 in der vorläufigen Reichstheilung Schwaben und Currätien zugefallen war (vergl. Mittheil. z. vaterländ. Gesch. d. histor. Vereins in St. Gallen, Heft XIII, n. 137 zu S. 55). [2] Laufen, [3] Langwiesen, Gem. Feuerthalen, [4] Flurlingen und [5] Mörlen, Gem. Laufen-Uhwiesen, [6] Dachsen: sämmtlich im zürcher. Bez. Andelfingen. [7] Lotstetten, bad. A. Waldshut. [8] Rafz, zürch. Bez. Bülach. [9] Erzingen, [10] Balm, [11] Jestetten, bad. A. Waldshut. [12] Hofstetten, Gem. Neuhausen, K. Schaffhausen. [13] Die Halbinsel Schwaben auf dem badischen rechten Ufer gegenüber Rheinau. [14] Eschenz, thurg. Bezirk Steckborn.

Das Datum ist für König Ludwig's Regierung von 840 an zu berechnen (der König starb noch am Ende dieses Monates: 28. August); Johann's VIII. erstes Jahr (vom 14. December 875 bis eben dahin 876) stimmt auch dazu.

15.

Engilharth überträgt seinen ererbten Besitz zu Hierolteswilare an Rheinau.

876. Basadingen.

In Dei nomine. Notum sit multis, qualiter Engilharth suam hereditatem tradidit ad monasterium Rinanauva, quod constructum est in honore sanctę Marię semper virginis et sancti Petri principis apostolorum ceterorumque sanctorum, ubi Wolvene venerabilis abba gregi Dei præesse dinoscitur. Et hoc est, quod tradidit: quicquid in villa, quę vocatur Hierolteswilare[1], habuit, tam terris, quam ędificiis, vineis, silvis, aquis aquarumque decursibus, cultis et incultis, seu quicquid dici aut nominari potest, totum manu potestativa ad ante dictum monasterium tradidit; in eam videlicet racionem, ut Adilgoz frater eius et omnis procreatio eius eandem hereditatem teneant censumque annis singulis ante natale Domini inde persolvant et ad villam, quę vocatur Svarza[2], deferant, hoc est situlas VI de vino vel VI maltera de grano. Si autem census per III annos dimissus fuerit, tunc ad prædictum monasterium imperpetuum stet. Actum in villa, quę vocatur Bazmundingen[3]. Anno XXXVI. regni Hludewięi regis, die jovis, sub comite Adilberto, præsentibus idoneis testibus quam plurimis.

Cartular (Sp. 19 n. 20). — Abdruck: Zapf, S. 440 n. 441. — Neugart I, S. 403 (abgekürzt). — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 718.

[1] Kann nicht, wie Zapf, resp. Hohenbaum van der Meer, und Neugart erklären und Hidber nachschrieb, Geroldswil an der Limmat bei Zürich sein, sondern muss wegen [2] Schwarzach, einem durch das frühere Kloster Paradies, thurg. Bez. Diessenhofen, später verdrängten Dorfe, und [3] Basadingen (ebendas.) in der Gegend von Diessenhofen gesucht werden; der Ort veränderte wohl seinen Namen.

Das Datum entspricht demjenigen von Nr. 14.

16.

König Ludwig überträgt an das Kloster Rheinau den Besitz, den Odilleoz inne hatte, unter Zusicherung der freien Abtwahl.

876. März 20. Frankfurt.

a.

(Chr) In nomine sanctæ et individuæ trinitatis Hludowicus divina favente g(ratia rex). Oportet igitur nos, qui divino sumus munere quodammodo præ c(eteris mort)alibus sublimati, eius in omnibus || parere præceptis, cuius clementia prælati sumus atque cuius præcelli(mu)s munere, loca utique sibi sacrata nostro relevari juvamine atque regali tu(eri) munimine, quoniam id nobis et ad mortalem || vitam temporaliter transigendam et ad æternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet et futurorum sollertia, || qualiter nos ob nostræ mercedis augmentum et pro remedio animæ domni avi ac genitoris nostri, necnon pro salute dilectæ conjugis nostræ ac carissima prole concessimus quasdam res proprietatis nostræ ad monasterium, quod vocatur Rinhouva, id est illam proprietatem, quam Odilleoz habuit, ut perpetualiter permaneat ad monasterium præscriptum Rinhouva, ubi nunc Wolvini abbas esse dinoscitur; quod etiam volumus, ut sit securiter diebus vitæ suæ per hoc nostræ auctoritatis præceptum, post obitum vero suum licentiam habeant inter se eligendi abbatem, quamdiu ibi talem invenire potuerint, qui secundum Deum et secundum sęculum, veluti decet, dignus existat. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur et diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus et anuli nostri inpressione assignari jussimus.

Signum (M) Hludowici serenissimi regis.

Hebarhardus cancellarius ad vicem Grimaldi recognovi et [Sign. subscr.] (L. S.)

Data XII(I. kalendas aprilis), anno XXXVII. regni domni Hludowici serenissim(i regis in orientali Fran)cia regnante, indictione III. Actum Franconofurt in (Dei nomini felicit)er. Amen.

Rheinauer Archiv in Zürich (nicht im Cartular). — Abdruck (erster — mit einigen Versehen): Karl Rieger, Ueber eine Urkunde Ludwig des Deutschen für das Kloster Rheinau, ein Beitrag zur Geschichte des Kanzleiwesens im Mittelalter (Sitz.-Ber. d. phil. hist. Classe d. kaiserl. Akad. d. Wissensch., Bd. LXXVI, S. 477 u. 478), wonach auch hier die Lücken des mehrfach etwas beschädigten Originales ergänzt sind. — Regest: Meyer von Knonau, im Archiv f. schweiz. Gesch. I., Nr. 8.

b.

(Chr) In nomine sanctæ et individuæ trinitatis Hlůduvicus divina favente clementia rex. Oportet igitur nos, qui divino sumus munere quodammodo præ ceteris[a] mortalibus sublimati, eius in omnibus || parere præceptis, cuius clementia prælati sumus atque cuius præcellimus munere loca utique sibi sacrata nostro relevari juvamine atque regali tueri munimine, quoniam id nobis et ad mortalem || vitam temporaliter transigendam et ad æternam feliciter obtinendam liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet et futurorum sollertia, qualiter nos || ob nostræ mercedis augmentum et pro remedio animæ domni avi ac genitoris nostri necnon pro salute dilectæ conjugis nostræ ac carissima prole concessimus quasdam res proprietatis nostræ ad monasterium, quod vocatur Rinhouva, id est illam proprietatem, quam Uodillioz habuit in locis subnotatis Gåhtelinga[1], Sibelinga[2], Hovestat[3], Hiedestat[4], Altunburg[5], Palba[6], Svabouva[7], Raffa[8], Wolvenesriuti[9], Wilechinga[10], Haselaha[11], Arcinga[12], Wizwila[13], Loucheringa[14], cum ecclesis (!) cunctisque ecclesiasticis rebus et mancipiis utriusque sexus, curtilibus, ædificiis, terris, cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quæsitis et inquirendis omnibusque ad eadem loca jure legitimeque pertinentibus, ut perpetualiter permaneat ad monasterium præscriptum Rinhouva, ubi nunc Wolvine abbas esse dinoscitur, quod volumus, ut sit securiter diebus vitæ suæ per hoc nostræ auctoritatis præceptum. Insuper etiam de loco Loufa[15] in omni quoque tempore tercia post biduum die vel nocte usque Svabouva[7], ab eodem autem omni tempore in utraque Reni parte usque locum, qua Tůra influit[16], sine ullius contradictione piscandi potestatem concedimus. Post obitum vero prædicti abbatis

---

a. Ms. „præceteris" als ein Wort.

eiusdem monasterii fratres licentiam habeant secundum regulam sancti Benedicti abbatem eligendi, quamdiu inter se possit inveniri; at si non posse contingat invicem reperiri, quod absit, a quacumque monachicæ professionis congregatione sibi placeat, salva electione sua, sibi rectorem eligant, donec rursus eorum aliquem divina clementia inibi votivum disponet fieri dispensatorem. Et ut hæc nostræ largitionis auctoritas in succedentibus annis ab omnibus Dei fidelibus et nostris firmius habeatur et diligentius observetur, nostræ confirmationis præceptum conscribi jussimus propriaque manu nostra illud firmavimus et anuli nostri impressione sigillari præcepimus.

Signum domni Hludowici (M) serenissimi regis.

Heberhardus cancellarius advicem Grimaldi recognovi et [Sign. subscr.] (L. S.)

Data XIII. kalendas aprilis, anno XXXVII. regni domni Hludowici serenissimi regis in orientali Francia regnante, indictione III. Actum Franconofurt in Dei nomine feliciter. Amen.

Rheinauer Archiv in Zürich (**Cartular**: Sp. 20 u. 21). — Abdruck: Zapf, S. 436 u. 437. — Neugart I, S. 374 u. 375 (etwas verkürzt). — Regest: Böhmer, Karoling. Regesten Nr. 826. — Meyer von Knonau, Archiv I. Nr. 7. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 673 (als ächt aufgefasst). — Eine photographische Nachbildung wird in den „Kaiserurkunden in Abbildungen", ed. H. v. Sybel u. Th. Sickel, nächstens erscheinen.

[1] Gächlingen, [2] Siblingen, im Klettgau, K. Schaffhausen. [3], [4] vgl. bei Nr. 14. [5] vgl. bei Nr. 11. [6], [7], [8] vgl. bei Nr. 14. [9] Wohl am ehesten Rütihof; eine, wie es scheint, jetzt abgegangene Oertlichkeit südwestlich von Jestetten, hart an der Grenze des K. Zürich. [10] Wilchingen, [11] Haslach, Schloss in der Gem. Wilchingen, K. Schaffhausen. [12] vgl. bei Nr. 14. [13] Weisweil, bad. A. Waldshut. [14] vgl. bei Nr. 2. [15] vgl. bei Nr. 9. [16] also bis unterhalb des in Nr. 10 erwähnten Ellikon.

Diese beiden Stücke, resp. ihr gegenseitiges Verhältniss zu einander, hat Rieger in der genannten Abhandlung (S. 478—496) beleuchtet. — Das Stück **a** ist unzweifelhaftes Original, von der Hand des Canzlers Hebarhardus selbst geschrieben. Dagegen ist **b** durch Interpolation aus **a** entstanden (eine von Rieger noch beachtete Form **c** im Cartular, einfache Wiederholung von **b**, ist nach dem Grundsatze unserer Publication, wo im Falle des Vorhandenseins der Originale das Cartular nicht beachtet wird, hier nicht heranzuziehen). Die Umarbeitung der Vorlage **a** ist in **b** in sehr geschickter Weise vorgenommen worden, wie Rieger näher erörtert. Eine Hauptabweichung liegt in der in **b** zwischen die Worte von **a** „quam Odilleoz habuit" und „ut perpetualiter permaneant" eingeschobenen Aufzählung der Besitzungen des

Odilleoz, nnd Rieger zeigt unabweisbar durch eine Vergleichung der geographischen Namen, die er allerdings mehrfach sehr fehlerhaft einrückt, in nnseren Nr. 2—15, sowie Nr. 17—25, mit denjenigen dieses **b**, dass die Besitznngen des Odilleoz nicht den Umfang gehabt haben können, welcher ihnen in dieser Interpolation zngeschrieben wird. Es wird sich also bei dieser Einfügung von Ortsnamen in die Interpolation, wie bei anderen ähnlichen genauen Anfzählungen von Gütern in ähnlichen Einschüben, verhalten haben, dass für gewisse Orte, die znr bezeichneten Zeit noch nicht gewonnen waren — also für die zu **b** in 1, 2, 9, 10, 11, 13 erörterten Namen —, schon für diesen Moment ein scheinbarer Besitztitel angestrebt wurde. Besonders aber wollte der Interpolator einen Rechtstitel für Fischereigerechtsame schaffen, für ein ohne Zweifel in seiner Zeit thatsächlich gewordenes Verhältniss auf einem Boden, wo das allerdings voran auf den Fischereierwerb gewiesene Halbinselkloster — später im Sigel und auf Münzen der Fisch, ein weisser Salm (Mittheil. d. zürcher. antiquar. Gesellsch., Bd. IX. 1. Abtheil. S. 20, Bd. XII. S. 77) — auf ein ursprünglich fiscalisches Recht übergegriffen hatte. Ausserdem springt in der Stelle über die Abtswahl die Erweiterung in **b** dentlich in die Angen, eine Erweiterung, welche nach Rieger's Ansicht (S. 487 n. 488), weil sie über das in der Fälschnng Nr. 1 Angesprochene hinausgeht, für die Ansetznng der Entstehnngszeit von **b** heranznziehen ist. Denn wie Rieger (vgl. o. S. 5) Nr. 1 in das 10. Jahrhnndert (Anfang) stellt, so schreibt er anch dieses **b**, besonders im Hinblick auf die allgemeine Entwicklnng des Wahlrechtes, resp. auf die Behandlung dieser Frage in der vorliegenden Interpolation, dem 10. Jahrhnndert zu. Wie der Schriftcharakter von **b** dieser Zeit entspricht, so theilt Rieger weiter den Schreiber des Stückes der königlichen Canzlei, nnter Otto I., selbst zu — es ist jener, der auch Stumpf Nr. 64 (oder Schweizer-Urk.-Reg. Nr. 1011), vom 23. Mai 937, in Cur liegend, schrieb —, so dass also demnach die Fälschnng mit Hülfe eines Canzleiangehörigen zu Stande gekommen zn sein schiene. — Sickel stimmte Rieger's Ansicht zuerst schon in dem oben S. 5 erwähnten Artikel im Anzeiger f. schweizer. Gesch., hernach wieder in seinen Erörterungen auf S. 92—96 der Schrift: Ueber Kaiserurknnden in der Schweiz (Zürich, 1877) bei, fügte aber in der zweiten Stelle noch einige weitere Ausführnngen bei. Erstlich wies er nach, dass Rieger allerdings den richtigen Schreiber — den durch Sickel als Poppo A bezeichneten Notar (vgl. Nenes Archiv d. Gesellsch. f. ältere dentsche Geschichtsknnde Bd. I. S. 451—457) — im Sinne hatte, doch dabei mit Unrecht das Stück Stumpf Nr 64 als ein Autographon desselben heranzog. Vorzüglich aber legte Sickel im Weiteren dar, dass bei **b** doch nicht schlechtweg — mit Rieger — von einer Fälschnng die Rede sein könne. Schon Ficker (Beiträge zur Urkundenlehre, Bd. I. S. 310 u. 311) hatte nnn daranf hingewiesen, dass vielleicht die Mönche von Rheinan bei Otto I. eine Nenausfertignng mit den ihnen erwünschten Zusätzen in der Gestalt dieses **b** erwirkt haben könnten, nnd Sickel beruft sich auf eine vor dem Stück **b** selbst von Waitz gemachte Aeusserung ähnlicher Art, dass hier möglicher Weise ein Beispiel einer weiter noch nicht erhellten Form der Bestätignng eines als zu Recht bestehend anerkannten Verhältnisses durch die Canzlei auf Befehl des Königs vorliege. Aber an einer dritten Stelle, wo Sickel anf diese Frage nochmals znrückkommt (in der Abhandlung: Neuausfertigung oder Appennis? — Mittheil. d. Instituts f. österreich.

Geschichtsforsch., Bd. 1. S. 240 u. 241, 1880), ist betont, dass eine solche gegen allen sonstigen Brauch verstossende Neuausfertigung, als unter Billigung von König und Canzlei geschehen, dennoch unwahrscheinlich ist, eben in der vorliegenden Form der Rückwärtsdatirung der Verleihung: es bleibt doch eine Fälschung unter besonderen Umständen übrig. Poppo A ist auch nach seinem Austritte aus der Canzlei — zugleich mit Poppo selbst, 940 — am Leben geblieben und thätig gewesen — Stumpf's Nr. 350, von 965 für Reichenau, ist von seiner Hand —, und er hat vermuthlich am Oberrhein geweilt. So mag er mit den Rheinauer Mönchen in Verkehr gewesen sein und ihnen den Dienst der Anfertigung von b, das ist aber eben doch eine Handlung der Unredlichkeit, hinter König und verantwortlichem Canzler hindurch erwiesen haben. Zu einer solchen Erklärung stimmt auch besser neben dem durch (!) hervorgehobenen Schreibfehler die Anwesenheit zweier weiterer, die der Schreiber selbst tilgte: „monastrerium" in Z. 22 (p. 23) und noch mehr: „mancipiis utriusque utrius sexus" in Z. 18 (p. 23) unseres Druckes, ebenso die grössere Gedrängtheit und die zahlreicheren Abbreviaturen der vier letzten Textzeilen.

17.

Thieterat überträgt Besitz in Trüllikon und Schlatt an Rheinau.

876. Trüllikon.

Thieterat tradidi hereditatem meam cum manu advocati mei Rǔberti pro remedio animę domni mei Danchradi et animę meę requie ad monasterium Rinaugia, quod constructum est in honore sanctę Marię semper virginis et sancti Petri principis apostolorum ceterorumque sanctorum, ubi moderno tempore Wolvene domnus eiusdem loci gregi Dei præesse dinoscitur. Et hoc est, quod tradidi, quicquid in pago Turgouve in locis, qui vocantur Trullinchoven[1] et Slate[2], tam ex traditione domni mei Danchradi, quam quicquid ibi acquisivimus, habere visa sum, tam terris, quam ędificiis, mancipiis, silvis, pascuis, pratis, vineis, aquis aquarumque decursibus, cultis et incultis, seu quicquid dici aut nominari potest, totum manu potestativa ad antedictum monasterium tradidi; in eam scilicet racionem, ut easdem res et quicquid in eadem villa ad illud monasterium pertinet, tempore vitę meę habeam, post meum vero de hac luce discessum ambe res in omnibus meliorate ad antedictum monasterium redeant imperpetuum tenende. Si quis vero hanc traditionem a me legaliter factam infringere voluerit, hoc quod inchoavit, perficere

nequeat et insuper in ęrarium regis multam persolvat, hoc est auri uncias III, argenti pondera VI, et hęc traditio firma stabilisque permaneat stipulatione subnixa. Actum in villa Trullinchoven[1], coram idoneis testibus, anno quo supra.

Cartular (Sp. 21 u. 22). — Abdruck: Zapf, S. 441 u. 442. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 719.

[1] Trüllikon, zürch. Bez. Andelfingen. [2] (Ob.-, Mitt.-, Unt.-) Schlatt, thurg. Bez. Diessenhofen.

Das Datum ist nach dem von Nr. 16 angesetzt (ebenso wie Nr. 18 u. 19).

18.

Amilger überträgt, unter Feststellung gewisser Bedingungen, Besitz in Trüllikon an Rheinau.

876. März 5. 12. 19. 26. Insel Rheinau.

In Dei nomine. Notum sit omnibus presentibus et futuris, qualiter ego Amilger pro remedio animę meę tale do predium, quale comparavi in villa Trullinchoven[1] a duobus fratribus Tancherado et Othachero, in proprietatem ad monasterium, quod vocatur Rinouva, quod est constructum in honore sanctę Marię semper virginis et sancti Petri principis apostolorum aliorumque multorum; ea videlicet conventione, ut Wichrammus frater meus habeat omnibus diebus vitę suę monachisque in festivitate sancti Benedicti prandium singulis annis det. Post exitum vero Wichrammi filius meus Amilger habeat; ea denique pactione, ut hoc ipsum predium, quod in marcha est, quę vocatur Trullinchoven[1], et ad præfatum monasterium pertinet, habeat omnibus diebus vitę suę, post obitum vero amborum utraque pars predii redeat ad predictum monasterium et ad mensam monachorum sine ullius contradictione. Actum in Renaugensi insula[2], coram frequentia populi et idoneis testibus, mense martio, die lune, anno quo supra.

Cartular (Sp. 22 u. 23). — Abdruck: Zapf, S. 442 u. 443. — Neugart I. S. 403 (verkürzt). — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 711.

[1] Trüllikon, zürch. Bez. Andelfingen. [2] Also ganz bestimmt bezeichnet die Klosterinsel selbst.



19.

Othram überträgt, unter Feststellung gewisser Bedingungen, sein Erbe in Weissweil und Erzingen an Rheinau.

876. Kloster Rheinau.

In Dei nomine. Notum sit multis, quia ego Othram tradidi hereditatem meam ad monasterium Rinouva, quod constructum est in honore sanctę Marię et sancti Petri, ubi Wolvene domnus gregi Dei præesse cognoscitur. Et hoc est, quod tradidi: quicquid in pago Chleggouve in locis nuncupatis Wizwila[1] et Arcingen[2] habere visus sum, tam terris, quam ędificiis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, seu quicquid dici aut nominari potest, totum ad antedictum tradidi monasterium; in eam scilicet racionem, ut si de præsenti itinere reversus fuero, tunc quandocumque voluero habeam potestatem cum IIII denariis inde redimere. Si autem in hoc itinere defunctus fuero, tunc filii Othardi habeant potestatem infra IIII annos cum IIII libris redimere. Si autem ab illis in prædicto tempore redempte non fuerint, tunc ąd prædictum monasterium inperpetuum stent. Et ut hęc carta firma stabilisque permaneat, manu propria eam confirmavi et testes idoneos confirmare rogavi. Actum in eodem monasterio, anno quo supra, die jovis, sub comite Ůdalrico, præsentibus idoneis testibus quam plurimis.

Cartular (Sp. 23 u. 24). — **Abdruck**: Zapf, S. 443. — **Regest**: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 720.

[1] Weissweil, [2] Erzingen, bad. A. Waldshut.

20.

Abt Wolvene tauscht mit dem Grafen Gozpert Besitzungen in der Laufer March und in Lotstetten und Rafz gegen solche in Erzingen, Trasadingen, Rechberg, im Schwaben, in Jestetten, Hofstetten und Balm.

878. Hagen.

Notum sit tam præsentibus, quam futuris, quia præcipiente domno Karolo rege ego Wolvene humilis abbas cum consensu fratrum

meo regimini subjacentium quondam concambium cum Gozperto comite fecimus. Dedimus namque prædicto Gozperto, quicquid in pago Turgouve in Loufarro[1] marcho in villulis nuncupatis, id est Langenwisa[2], Flůrlingen[3], Moranwilare[4], Stamheim[5] habuimus, cum ędificiis, terris et silvis, exceptis veteribus agris et pratis, quę antea ad Pechinchovin[6] et Holzheim[7] pertinebant, et (piscat)[a] ione ad Loufin[1], et illi veteres agri et prata, quę in ..[a] marcha jacent et antea ad Loufin[1] ..[a] ad prædicta loca pertinebant, firmiter ad ea pertineant —, et in pago nuncupato Chleggouve, quicquid in Lozesteten[8] et in Raffo[9] habuimus, tam terris, quam domibus, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, cultis et incultis, seu quicquid dici aut nominari potest, exceptis veteribus agris et pratis, quę antea ad Balbo pertinebant. Et accepimus ab eodem Gozperto, quicquid in pago Chleggouve habuit in villa, quę dicitur Arcingen[10], rem ęcclesiasticam et decimationis integritatem et illam etiam partem, quam idem comes ab episcopo Salomone[11] Constantiensis ęcclesię cum prædiorum suorum commutacione acquisitam recepit, talemque hereditatem, qualem apud Rikerum acquisivit in Trasmundingen[12] et Rehpergin[13], et illam partem quam in Svabouva[14] habuit, et omnem decimationem in Jedestetin[15] et in Hovestetin[16], excepto quod decima hůba, quę ad Loufen[1] pertinet, et in villa, quę vocatur Balba[17], hůbas, quas ibidem habuit cum cunctis rebus ad easdem pertinentibus, exceptis veteribus agris et pratis, quę antea ad Lozestetin[8] pertinebant; cetera omnia, hoc est tam terris, quam ędificiis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, cultis et incultis, seu quicquid dici aut nominari potest, ab eodem in commutacionem antedictarum rerum accepimus; in eam racionem, ut ego Wolvene abba fratresque mihi subjecti atque prædictus comes Gozpertus secundum præfixam commutacionem ab hodierna die omni tempore habendi, tenendi vel quicquid de ipsis rebus ad nostram utilitatem cupimus liberam in omnibus potestatem faciendi habeamus. Si quis vero, quod fieri non credimus, nos ipsi aut ullus successorum nostrorum hanc commutacionis cartam infringere temptaverit, sociante fisco multam imponat, hoc est auri uncias X, argenti pondera totidem coactus persolvat, et insuper hęc commutacio stabilis atque inconvulsa

a. Zerstörung des Textes.

omni tempore permaneat. Actum in loco, qui vocatur Hagin[18], anno ab incarnatione Domini DCCCLXXVIII., anno V. Johannis papæ VIII., regni autem domni Caroli regis II., coram Adilberto misso dominico et multitudine populi et idoneis testibus, præsente Salomone episcopo et Wolvene abbate et Gozperto comite et advocato Liutone, qui hanc commutacionem inter se fecerunt.

Cartular (Sp. 24 u. 25). — Abdruck: Zapf, S. 444 u. 445. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 739.

[1] Laufen, [2] Langwiesen, Gem. Feuerthalen, [3] Flurlingen, Gem. in der Pfarrei Laufen, [4] Mörlen, Gem. Laufeu-Uhwiesen, [5] Stammheim, [6] Benken, [7] abgegangen (vgl. Nr. 10 n. 6): zürch. Bez. Andelfingen. [8] Lotstetten, bad. A. Waldshut. [9] Rafz, zürch. Bez. Bülach. [10] Erzingen, bad. A. Waldshut. [11] Salomou II. (875? bis 889 oder 890), [12] Trasadingen im Kletgau, K. Schaffhausen. [13] Rechberg, Kirchgem. Erzingen. [14] Schwaben (vgl. Nr. 14 n. 13), [15] Jestetten, bad. A. Waldshut. [16] Hofstetten, Gem. Neuhauseu, K. Schaffhausen. [17] Balm, bad. A. Waldshut. [18] Wahrscheinlich Hagen (im Wieseuthal), bad. A. Lörrach.

Das Datum stimmt in seiuen Bestandtheilen — Johann's VIII. fünftes Jahr geht vom 14. December 876 bis eben da 877 — nicht zusammen, muss aber, da die Königsjahre allein in Betracht kommen, 878 sein.

21.

Uodalger überträgt seinen Besitz in Eppelhausen und Ezwilen, unter Feststellung gewisser Bedingungen, an Rheinau.

888. Juni 17. In der Kirche zu Rheinau.

In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit tam præsentibus, quam per longa succedentia futuris, quia ego Ůdalger manu potestativa una cum conjuge mea Imma trado hereditatem meam ad monasterium, quod Rinaugia dicitur et est constructum in honore sanctę Marię semper virginis, ubi modo Gozpertus præesse dinoscitur. Et hoc est, quod trado: quicquid in pago Turgouve et in villis Appilnhusin[1] et Zezinwilare[2] in præsenti habere dinoscor, excepto videlicet, quod in Richelingen[3] habere videor, cum domibus aliisque ędificiis necessariis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, hęc omnia ad jam dictum condono cęnobium; ea videlicet convenientia, ut illud bene-

ficium, quod Egino in Slate[4] tenet et quicquid in villa Pazmundingen[5] in vestitu præfati monasterii hactenus fuit, in meam accipiam sub usu fructuario proprietatem, et quando sagina porcorum[a] eveniat, XX porci de parte loci supra nominati mihi saginentur, et ut ego utrasque res diebus vitę meę sub censu unius denarii possideam, qui solvatur in natali sancti Johannis Baptistę. Quod si conjux mea me supervivat, censum eundem det et res supradictas sine ullius contradictione diebus vitę suę possideat. Post discessum amborum nostrorum cum omni integritate ad supra dictum monasterium utreque res redeant jure possidende. Si quis hanc tradicionem infringere voluerit, rerum multarum culpabilis existat, hoc est auri uncias III, argenti pondera V coactus persolvat, et nichilominus firma stabilisque permaneat. Actum in loco, qui dicitur Rinaugia, in basilica eiusdem loci, coram Gozperto comite et idoneis testibus, anno I. Arnolfi regis, XV. kalendas julii, anno II. Stephani papæ V.

Cartular (Sp. 25 u. 26). — Abdruck: Zapf, S. 450 u. 451. — Neugart I. S. 473 verkürzt). — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 822.

[1] Eppelhausen, Hof in der Gem. Unter-Stammheim, zürch. Bez. Andelfingen. [2] Ezwilen, [3] Reichlingen, Dörfer der Gem. Wagenhausen, thurg. Bez. Steckborn. [4] (Ober-, Mittel-, Unter-) Schlatt, [5] Basadingen, thurg. Bez. Diessenhofen.

Das Datum erfordert 888, während freilich Stephan's VI. — nicht Stephan's V. — zweites Jahr auf 887 führen würde.

22.

Guathere überträgt Besitz in Mundichingen an Rheinau.

892. Februar 13. Altenburg.

In Dei nomine. Ego itaque Gůathere trado hereditatem, quam a Wicherio et Perctoldo et Nanggero conquisivi. Et hoc est, quod trado: casadam legitimam sitam in Mundichingen[1] cum omnibus ad eandem casadam pertinentibus, ędificiis, viis, pascuis, trado ad monasterium, quod Rinouva dicitur et est constructum in honorem Dei genitricis semperque virginis Marię, ubi modo Gozpertus

a. Statt des Schreibefehlers „poacorum".

præest; ea videlicet racione, ut sub censu unius denarii rem supradictam teneam, et quandocumque redimere voluero, ego vel legitimus heres meus cum VI denariis redimendi habeam potestatem. Actum in pago Chleggouve, in villa Altunburch[2], coram Gozperto comite, anno V. regis Arnolfi, VI. autem anno Stephani papæ V., idus februarii.

Cartular (Sp. 26 u. 27). — Abdruck: Zapf, S. 451 u. 452. — Neugart I. S. 488 u. 489 (verkürzt). — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 854.

[1] Jetzt in wunderlichster Umwandelung (vgl. Mittheil. z. vaterländ. Gesch. v. St. Gallen, Heft XIII, S. 168 n. 350) Wunderklingen genannt, Weiler in der Gem. Unter-Hallau, K. Schaffhausen. [2] Altenburg, bad. A. Waldshut.

Das Datum führt nach den Königsjahren — 888 als erstes Jahr rund gerechnet — auf 892, während freilich Stephan's VI. sechstes Jahr und dessen Pontificat überhaupt im September 891 zu Ende geht.

23.

Cozpret, Abt von Rheinau, macht an sein Kloster, unter Feststellung gewisser Bedingungen, Uebertragungen im Thurgau zu Laufen, Mörlen und Flurlingen, in Eglisau, im Hegau zu Bietingen, in Rheinheim.

892. Juni 18. Im Wäldchen Huonirislo.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego itaque Gozpreht trado hereditatem meam pro remedio animę meę ac parentum meorum ad monasterium, quod Rinouva nominatur estque constructum in honore Dei genitricis semperque virginis Marię necnon et sancti Petri principis apostolorum aliorumque sanctorum quam plurimorum, ubi ego ipse licet indignus abba gregi Dei præesse videor. Et hoc est, quod trado: quicquid in pago Turgouve in locis Loufin[1] et Morinwilare[2] et in Flůrlingen[3] in presenti habere visus sum; ea videlicet racione, ut quandocumque voluero cum uno solido redimendi habeam potestatem; et si a me redemptum non erit, tunc Adilpreht consobrinus meus vel legitimus heres eius redimendi habeat potestatem cum duabus libris in duobus annis; et si a me neque a supradictis personis redemptum non fuerit,[4] tunc in potestate ac dominacione præfati cœnobii absque ullius contradictione inperpetuum stet.

Trado etiam, quicquid in Ouwa[4] habere visus sum, eo scilicet pacto, ut sub censu II denariorum habeam singulis annis inde solvendum, et quandocumque velim, inde cum I solido redimendi habeam potestatem, et si ego inde non redemero, Rinloz redimat cum X solidis, et si a neutro nostrum redemptum non erit, tunc perpetualiter stet ad jus præfati monasterii.

Trado quoque, quicquid in pago Hegouve in villa, quę dicitur Bůetingen[5], in præsenti habere visus sum; ea videlicet racione, ut quandocumque voluero cum I denario redimendi habeam potestatem, et si a me redemptum non fuerit, tunc Folkere filius meus similiter redimendi potestatem habeat, et si a neutro nostrum redemptum non erit, tunc in potestate ac dominatione præfati cęnobii absque ullius contradictione imperpetuum stet.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Ego itaque Cozpret trado hereditatem meam pro remedio animę meę parentumque meorum ad mo || nasterium, quod Rinouva nominatur estque constructum in honorem Dei genitricis semperque virginis Marię nec non et beati Petri || principis apostolorum aliorumque sanctorum quam plurimorum, ubi ego ipse licet indignus abba gregi Dei preesse videor. Et hoc est quod trado, quicquid in pago Hegaue in villa, quę dicitur Puatinga[5], in præsenti habere visus sum, tam terris, quam domibus, casadibus, mancipiis, pomariis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, exitibus et regressibus, vel quicquid dici aut nominari potest, totum trado atque transfundo in jus et proprietatem præfati cœnobii; ea videlicet ratione, ut quandocumque voluerim, cum I denario redimendi habeam potestatem, et si a me redemptum non fuerit, tunc Fochero filius meus similiter redimendi potestatem habeat, et si a neutro nostrum

redemptum non erit, tunc in potestate ac dominatione præfati cęnobii absque ullius contradictione in perpetuum stet. Si quis vero, quod minime credo, contra hanc traditionem, quam manu potestativa peregi, venire et eam subvertere conaverit(!), in ærarium regis auri uncias III, argenti pondera V coactus persolvat, et nihilhominus (!) hęc traditio firma stabilisque permaneat. Actum in pago Turgaue, in silvula, quę dicitur Huonirislo[1], coram multitudine populi, de quibus hi scripto commendati sunt: Signum Cozperti, qui hanc traditionem fecit. † Adalperti comitis. Liutolt. Theoterich. Cozhelm. Item Theoterich. Hartpret. Hugibret. Adalger. Item Theoterich. Otpret. Adalhelm. Hartpret. Altine. Meginbret. Madalger. Folchart. Immo. Erchinbret.

Ego itaque Liutpertus monachus rogatus anno dominicę incarnationis DCCCXCII, anno regis Arnolfi V., XIIII. kalendas julii vel XVIII., die dominico notavi diem et annum, scripsi et [Sign. Subscr.]

Trado etiam, quicquid in Rinheim• hactenus habere visus sum; ea videlicet convenientia, ut quandocumque voluero, cum I solido redimendi habeam potestatem, et si a me redemptum non fuerit, tunc in potestate et dominacione eiusdem monasterii perpetualiter possidendum perseveret. Quicquid igitur in prædictis locis hactenus habui,

tam terris, quam domibus, basilicis et rebus ęcclesiasticis, casadibus, mancipiis, vineis, pomariis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, silvis, cultis et incultis, mobilibus et immobilibus, exitibus et regressibus, vel quicquid dici aut nominari potest, totum trado in jus et proprietatem præfati monasterii. Si quis vero, quod minime [credo[a]], contra hanc tradicionem, quam manu potestativa peregi, venire et eam subvertere conatus fuerit, in erarium regis auri uncias III, argenti pondera V coactus persolvat, et nichilominus hęc tradicio firma stabilisque permaneat. Actum in pago Turgouve in silvula, quę dicitur Hůnresloh[7], coram multitudine populi et testibus idoneis, anno dominicę incarnationis DCCCXCII., anno regis Arnolfi V., anno autem I. Formosi papæ, XIIII kalendas julii, die dominico.

Cartular (Sp. 27 n. 28) und einzelne **Original-Traditionsurkunde** des Rheinauer Archives (auf dem Rücken von der gleichen Schrift: „Traditio Cozperti de Puotinga“). — Abdruck: Zapf, S. 452 n. 453, sowie S. 453—455. — Neugart I. S. 489 n. 490. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 857 (Nr. 858 führt die schon in Nr. 857 inbegriffene Uebertragung der Sonder-Urkunde nochmals als einen eigenen Act auf).

[1] Laufen, [2] Mörlen, Gem. Laufen-Uhwiesen, [3] Flurlingen, zürch. Bez. Andelfingen. [4] Eglis-Au, zürch. Bez. Bülach (vgl. Meyer's Ortsnamen d. K. Zürich, Mittheil. d. zürcher. antiquar. Gesellsch., Bd. VI. S. 104, Nr. 597). [5] Bietingen, bad. A. Engen. [6] Rheinheim, bad. A. Waldshut. [7] Ohne Zweifel ein Wald (=lo) im Gem.-Bez. Rheinau selbst, da es nach der Sammlung von Localitätsbezeichnungen im K. Zürich — Manuscr. 33 der Bibliothek der zürcher. antiquar. Gesellsch. — daselbst eine Höhe „Hunirichen“, eine Matte „Hunronwies“ gibt; die zürcherische Kantonalkarte, Bl. VI., kennt nur eine Gegend „Rychen“, südlich von Rheinau gegen das Niederholz hin.

Das Datum stimmt in allen seinen Theilen (auch für den Papstnamen: 1. September 891 der Anfang von Formosus' Pontificat) zu 892, wo der 18. Juni wirklich auf einen Sonntag fiel.

---

a. Fehlt im Texte.

24.

Herliuth überträgt, unter Feststellung gewisser Bedingungen, einen Acker in der Wiechser Mark an Rheinau.

899. Büsslingen.

Notum sit omnibus tam præsentibus quam et futuris, qualiter ego Herliuth pro remedio animę męe in proprium do unum agrum, qui in marcha jacet, quę vocatur Wiehsa[1], ad monasterium, quod vocatur Rinouva; ea videlicet conventione, ut ego ipse habeam usque ad exitum meum et singulis annis inde censum persolvam: id est unum molabilem molarem. Post obitum vero meum Waltrammus nepos meus ea racione habeat, quatinus singulis annis duos lapides molares ad præfatum monasterium omnibus diebus vitę suę reddat. Post finem vero illius ad propriam potestatem ipsius monasterii sine ullius contradictione firmiter redeat præfatus ager. Actum in loco, qui vocatur Puselingen[2], coram præsentia populi et idoneis testibus, anno XII. Arnolfi regis, anno I. Johannis VIIII. papæ.

Cartular (Sp. 28 u. 29). — Abdruck: Zapf, S. 455. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 899.

[1] Wiechs, [2] Büsslingen, bad. A. Engen.

Das Datum stimmt insoferne, als die erste Hälfte des zwölften Jahres Arnolf's die zweite Hälfte des ersten Jahres Johann's IX. (Anfang etwa Juni 898) ist.

25.

Pabo tauscht mit Abt Ruopert von Rheinau seinen Besitz zu Haslach gegen solchen zu Osterfingen.

912. October 2. 9. 16. 23. 30. Haslach.

In Dei nomine. Notum sit tam præsentibus, quam futuris, quia ego Pabo cum rectoribus monasterii, quod dicitur Rinouva, id est cum Růperto abbate eiusque advocato Hilterado quoddam concam-

---

a. Die II neben X ist fast ganz ausgelöscht.

bium feci. Dedi namque eis acquisitionem meam, quam acquisivi a seniore meo Wolfwino in villa, quę dicitur Hasala[1], in pago Chleggouve et in eadem marcha, et accepi ab eis, quicquid illi habuerunt in villa, quę dicitur Ostrolvingen[2], et in eadem marcha; in eam racionem, ut ego atque rectores præfati monasterii secundum præfixam commutacionem ab hodierna die, quicquid de ipsis rebus ad nostram utilitatem cupimus, liberam in omnibus faciendi teneamus potestatem. Actum in ipsa villa Hasala[1], anno ab incarnatione Domini DCCCCXII, anno autem regni Chůnradi regis I., Anastasii vero II. papæ I., mense octobri, die veneris.

Cartular (Sp. 29). — Abdruck: Zapf S. 455 u. 456. — Neugart I, S. 563 (etwas verkürzt). — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 970.

[1] Haslach, Gem. Wilchingen, [2] Osterfingen, K. Schaffhausen.

Im Datum entsprechen sich Jahreszahl und Königsjahr (Thronbesteigung Konrad's I. zwischen 7. und 10. November 911) und nahezu auch das Papstjahr (Anastasius III. — nicht II. — ungefähr September 911 gewählt).

26.

Kaiser Otto I. bestätigt dem Kloster Rheinau die Immunität und die freie Abtswahl.

972. August 18. Constanz.

(Chr) In nomine sanctæ et individuæ trinitatis Otto divina disponente providentia imperator augustus. Omnium pateat fidelium nostrorum præsentium ac futurorum industriæ ||, quod venerabilis Constantiensis æclesię episcopus Chuonradus[1] nostram imploravit serenitatem, quatenus conscriptiones et præcepta ab antecessoribus nostris, regibus videlicet et imperatoribus, monachis et monasterio Renaugie edita nostra etiam || confirmatione roboraremus. Cuius peticioni assensum prebentes simulque priorum constituta super immunitatem sancti loci perpendentes præcipimus et statuimus, ut præscriptum cœnobium ea immunitate subsistat, sicut cartarum textus eidem loco || conscriptarum enuntiat, ut videlicet monachi in ipso monasterio manentes vel inposterum successuri secundum regulam sancti Benedicti abbatem inter se eligendi et advo-

eatum, quoquumque (!) eis libuerit, inquirendi habeant licenciam, et ut idem monasterium cum personis intrinsecus et forinsecus sibi coherentibus, terris quoque cultis et incultis ad se juste, donative ac legaliter pertinentibus nostro nostrorumque successorum post Deum et sanctos eius municipatui subjectum, nullius subperioris (!) aud (!) inferioris persone difficultate turbetur aud (!) cuiuscumque districtionis sive præceptionis molestiam patiatur; sed liceat ipsi abbati sine ullius contradictionis obstaculo monachos suos regulariter regere, familię præcipere, res monasterii ordinare, intus vel foris omnia juxta consilii sui provisionem decenter, congrue et utiliter gubernare. Igitur, ut prædictum est, sub nostra tuicionis immunitate locus prę̨notatus subsistens, ab omni alienę inquisitionis seu exactionis molestia securus permaneat, ut Dei servitoribus inibi degentibus pro nobis et imperii nostri stabilitate sine aliqua forinseca inquietudine omnipotenti Deo jugiter liceat supplicare. Et ut hoc nostrę concessionis præceptum prę̨futuri temporis curricula ratum perseveret, hanc cartam inscribi jussimus anulique nostri impressione manu propria subtus firmavimus.

Signum domni Ottonis (M) magni imperatoris augusti.
Willisus cancellarius advicem Rodberti (L. S.)
archinotarii subscripsi.

Data XV. kalendas septembris, anno dominice incarnationis DCCCCLXXIII, indictione XV, anno regni domni Ottonis XXXIIII., imperii autem XIII. Actum Constanciæ.

Rheinauer Archiv in Zürich (Cartular: Sp. 29—31). — Abdruck: Zapf S. 457 u. 458. — Muos S. 49 (theilweise). — Regest: Neugart I. 619. — Böhmer: Reg. reg. atq. imper. Romanor. Nr. 391. — Meyer von Knonau, Archiv I. Nr. 16. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1101. — Stumpf: Reichskanzler Nr. 514.

[1] Bischof Konrad von Constanz, 934—976.

Im Datum stecken mehrere Unrichtigkeiten: 973 (statt 972), das 31. Königsjahr (statt des 37.), das 13. Kaiserjahr (statt des 11).

Gut erhaltenes Original, ohne Recognitionszeichen; das Sigel abgefallen. Alte Dorsualschrift: „Preceptum domni Ottonis imperatoris primi".

Eine Dorsualnotiz jüngerer Hand verweist wieder (vgl. bei Nr. 1: ebenso trage ich eine Hinweisung hierauf zu Nr. 10 nach) auf das Cartular: „quære signum et privilegium in VIII. folio libri" (ganz zutreffend gezählt).

27.

Thueto schenkt, unter Feststellung gewisser Bedingungen, Besitz in Trüllikon an Rheinau.

963. August 9. Trüllikon.

Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, qualiter ego Thůeto pro remedio animę meę matrisque meę tale prædium, quale in villa et in marcha Trullinchova[1] acquisivi, do atque trado in proprietatem ad monasterium, quod vocatur Rinouva, quod est constructum in honore sanctę Marię semper virginis et sancti Petri principis apostolorum ceterorumque quam plurimorum; ea videlicet conventione, quatenus Wipertus nepos meus, qui est monachus Renaugensis cęnobii[2], habeat, et quicquid ibidem ad locum illum rite pertinet, similiter ea conditione ad necessitatem suam redigat, quatenus singulis annis ad mensam monachorum de præfato loco tribuat III modios farinę et VI situlas cervisę et unam vini et duos frischingos sive unum unius sicle valentem; hęc omnia habeat atque possideat omnibus diebus vitę suę sine ullius contradictione. Post mortem ipsius præfata res ad ipsum monasterium ad mensam fratrum ipsius monasterii redeat. Si abba aut monachi vel aliquis de potestate eorum impedimentum vel ullam lesionem deinde intulerint, hoc ipsum ad choeredes (!) meos redeat. Actum in villa Trullinchova[1], coram præsentia domni Chůnradi episcopi[3], cum consensu monachorum, et præsentia populi et idoneis testibus et Engiboldo advocato, V. idus augusti, dominico die, anno XXVIII. Ottonis, III. imperii, duce Burchardo[4].

Cartular (Sp. 31 n. 32). — Abdruck: Zapf S. 456 u. 457. — Gerbert III. S. 11. — Neugart I. S. 608 (etwas verkürzt). — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr 1072.

[1] Trüllikon, zürch. Bez. Andelfingen. [2] Vgl. im Anhang. [3] Bischof Konrad von Constanz, 934—976. [4] Herzog Burkhart II. von Schwaben, 954—973.

Das Datum stimmt zum Jahre 963, nach Königsjahr (des 28. Otto's I., mit 7. August 963 anhebend) und Wochentag; dagegen ist die Ziffer des Kaiserjahres um eine Einheit zu hoch.

28.

Kaiser Otto II. bestätigt dem Kloster Rheinau die Immunität und die freie Abtswahl.

973. Juni 28. Worms.

(Chr) In nomine sanctæ et individuæ trinitatis Otto divina favente clementia imperator. Noverint omnes nostri fideles, præsentes ac futuri || in posterum, qualiter conscriptiones et precepta ab antecessoribus nostris, regibus videlicet et imperatoribus, monachis et monasterio Renaugiæ edita nostra etiam confirmatione roboravimus ||, insuper etiam præcipimus et statuimus, ut præscriptum cœnobium ea immunitate subsistat, sicut cartarum textus eidem loco enuntiat, ut videl(icet mo)nachi in ipso monasterio manentes vel inposterum successuri secundum || regulam sancti Benedicti abbatem inter se eligendi et advocatum, quocumque eis libuerit, inquirendi habeant licenciam, et ut idem monasterium cum personis intrinsecus et forinsecus sibi coherentibus, terris quoque cultis et incultis ad se juste, donative ac legaliter pertinentibus nostro nostrorumque succesorum (!) post Deum et sanctos eius municipatui subjectum, nullus subperioris (!) aut inferioris persone difficultate turbetur aut cuiuscumque districtionis seu præceptionis molestiam patiatur; sed liceat ipsi abbati sine ullius contradictionis obstaculo monachos suos regulariter regere familieque præcipere, res monasterii ordinare et omnia juxta consilii sui provisionem decenter, congrue et utiliter gubernare. Igitur ut prædictum est, sub nostra tuicionis immunitate locus prænotatus subsistens, ab omni aliene inquisicionis seu exactionis molestia securus permaneat, ut Dei servitoribus inibi degentibus pro nobis et imperii nostri stabilitate sine aliqua forinseca inquietudine omnipotenti Deo jugiter liceat subplicare. Et ut hoc nostrę concessionis præceptum præfuturi(!) temporis curricula ratum perseveret, hanc

cartam inscribi jussimus anulique nostri inpressione manu propria subtus firmavimus.

Signum domni Ottonis (M) magni
imperatoris augusti. (L. S.) [Sign. subscr.]
Willigisus cancellarius advicem Ruodberti
archinotarii subscripsi.

Data IV. kalendas julii, anna (!) incarnationis Domini DCCCCLXXIIII., indictione I., anno regni domni Ottonis XIII., imperii VI. Actum Wormatię.

Rheinauer Archiv in Zürich (Cartular: Sp. 32, sehr abgekürzt). — Abdruck: Zapf S. 459 (abgekürzt). — Regest: Böhmer: Reg. Nr. 440. — Meyer von Knonau, Archiv I. Nr. 17. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1104. — Stumpf: Reichskanzler Nr. 593.

Im Datum ist die Jahreszahl um eine Einheit zu hoch.

Gut erhaltenes Original. Vom Sigel ist nur noch ein Bruchstück übrig (vgl. Foltz: Die Siegel der deutschen Könige und Kaiser aus dem sächsischen Hause, im Neuen Archiv d. Gesellsch. f. ältere deutsche Geschichtskunde, Bd. III., S. 35: es ist Otto's II. viertes, resp. Otto's I. sechstes Sigel). Alte Dorsualaufschrift: „Preceptum domni Ottonis imperatoris secundi".

Ebenso die jüngere Dorsualnotiz, mit Verweisung auf Blatt IX. des Cartulars.

29.

Kaiser Otto III. stellt an das Kloster Rheinau den durch Bischof Gebhart von Constanz demselben entzogenen Besitz zurück.

995. October 13. Quedlinburg.

(Chr) In nomine sanctæ et individuæ trinitatis Otto divina favente clementia rex. Si piis ammonitionibus religiosorum virorum, quas pro monasteriis sibi commissis auribus nostris infuderint, pium præbuerimus auditum ||, hoc procul dubio et ad prȩsentis nostri regni statum, et ad æternæ beatitudinis premium nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum tam prȩsentium, quam et futurorum || noverit sollers industria, quomodo nos interventu ac petitione dilectæ amitæ nostræ Mathhildę[1], venerabilis abbatissæ, nec non et fidelium nostrorum, Willigisi[2]

scilicet sanctę Mogontiacensis || ecclesiæ venerabilis archiepiscopi, Hildibaldi[3] quoque Wormaciensis ecclesiæ reverentissimi(!) prçsulis, presertim et pro remedio animæ nostræ nostrorumque parentum, per paginam nostri prçcepti restituimus atque corroboravimus monasterio Renaugia nominato, in honore sanctę Dei genitricis virginis Mariæ et sancti Petri principis apostolorum et sancti Blasii martyris Christi constructo, cui Notkerus venerabilis abbas prçesse videtur, omnem illam terram, quam Gebehardus[4] Constantiensis ecclesiæ episcopus usurpative tenuit de præfato monasterio; ea videlicet ratione, ut prædictus abbas suique successores in sua suorumque monachorum utilitate habeant, teneant et absque omnium mortalium contradictione, inquietudine vel diminuratione(!) possideant. Si quis vero, quod minime credimus adfuturum, archiepiscopus, episcopus, dux, comes, advocatus aut aliqua nostri regni magna parvaque persona nefaria temeritate hanc nostram præceptalem restitutionem et conroborationem irrumpere conatus fuerit, sciat, se compositurum in nostro banno centum libras auri optimi, medietatem camerę nostræ et medietatem prædicto monasterio. Et ut hæc nostra regalis restitutio atque præceptalis corroboratio firma atque inviolabilis perenniter consistat, manu propria subter eam firmavimus et anuli nostri impressione consignavimus.

Signum domni Ottonis (M) gloriosissimi regis.

Hildibaldus[3] episcopus et cancellarius vice (L. S.)
Willigisi[2] archiepiscopi recognovi.

Data III. idus octobris, anno dominicæ incarnationis DCCCCXCV., indictione VIII., anno autem tertii Ottonis regnantis XII. Actum Quitiliniburg feliciter. Amen.

Rheinauer Archiv in Zürich (Cartular: Sp. 32 u. 33). — Abdruck: Zapf, S. 459 u. 460. — Gerbert III. S. 19 n. 20. — Neugart I. S. 643 n. 644. — Muos, S. 26. — Regest: Böhmer: Reg. Nr. 754. - Meyer von Knonau, Archiv I. Nr. 18. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1160. — Stumpf: Reichskanzler Nr. 1048.

[1] Mathilde, Tochter Otto's I, Aebtissin von Quedlinburg 966–999. [2] Willigis, Erzbischof von Mainz 975–1011. [3] Hildibald, Bischof von Worms 979–998. [4] Gebhart II., Bischof von Constanz 980–995.

Das Datum ist in Ordnung.

Gut erhaltenes Original, ohne Recognitionszeichen. Vom Sigel (bei Foltz l. c. pp. 36 n. 37, Otto III. 2) ist in einem grossen und einem kleinen Stücke noch fast das ganze Königsbild mit den Theilen der Umschrift: OTTO D̄I GRA ... REX

erhalten. Alte Dorsualaufschrift, analog mit Nr. 26 u. 28: Preceptum domni Ottonis regis tertii.

Ebenso die jüngere Dorsualnotiz, mit Verweisung auf Bl. IX.

30.

Kaiser Heinrich II. schenkt an das Kloster Rheinau das confiscirte Gut Weissenburg im Kletgau.

1023. October 29. Erstein.

(Chr) In nomine sanctæ et individuæ trinitatis Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Si venerabilia æcclesiarum Dei loca alicuius doni || commodo ditare ac sublimare studuerimus, nobis id regnique nostri statui profuturum esse minime dubitamus. Quapropter noverit omnium Christi fidelium nostrorumque universitas, qualiter nos pro remedio animæ nostræ || parentumque nostrorum nec non per interventum ac peticionem dilectissimæ conjugis nostræ, Cunigundæ[1] videlicet imperatricis augustæ, cuidam monasterio Rinouva dicto, cui venerabilis abbas Burchardus preesse || videtur, Wizzinburc[2] predium, quod nobis ab uno exlege homine, Otteram dicto, justo judicum judicio adjudicatum fuit, situm in pago Chlegeuwe, in comitatu vero Radebotonis comitis, cum omnibus eiusdem predii[a] pertinentiis, agris, areis, ædificiis, terris videlicet cultis et incultis, curtificiis, mancipiis utriusque sexus, pratis, pascuis, molendinis, piscationibus, silvis, venationibus, aquis aquarumve decursibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et inquirendis ceterisque omnibus, que quomodocunque nominari vel scribi possunt, utilitatibus ad ipsum predium pertinentibus per hanc nostram imperialem paginam concedimus atque largimur et de nostro jure ac dominio in eius jus et dominium omnino transfundimus; ea videlicet ratione, ut prædictus abbas suique succesores[b] liberam posthinc habeant de eodem predio[a] potestatem, quicquid eis placuerit ad usum æcclesiæ faciendi, omnium hominum regni nostri contradictione remota. Et ut hæc nostræ inge-

---

a. Nach Analogie des zwei Male ausgeschriebenen Wortes ist hier p̄ mit „pre" aufgelöst. b. So, mit fehlendem „s".

nuitatis auctoritas firma et inconvulsa omni posthinc permaneat tempore, hoc preceptum[a] inde conscriptum manu propria confirmantes sigilli nostri inpressione jussimus insigniri.

Signum domni Heinrici Romanorum invictissimi (M) imperatoris augusti
impe[c] (L. S.)
Guntherius cancellarius vice Aribonis archicappellani recognovit.

Data IIII. kalendas novembris, indictione VI., anno dominicæ incarnationis millesimo XXIII., anno vero domni Heinrici secundi regnantis XXIII., imperii autem X. Actum Herinstein[3] feliciter. Amen. Amen. Amen.

Rheinauer Archiv in Zürich (Cartular Sp. 33—35). — Abdruck: Herrgott II. 1, S. 105 u. 106. — Muos S. 27 u. 28 (im August). — Regest: Böhmer: Reg. Nr. 1248. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1266. — Stumpf, Reichskanzler Nr. 1814.

[1] Kunigunde, von Lützelburg, Gemahlin Heinrich's II., gest. 1033. [2] Weissenburg zerstörte Burg bei Weisweil, bad. A. Waldshut. [3] Erstein, bei Strassburg, R.-B. Unter-Elsass.

Das Datum bietet im Jahre der Königsregierung (22. Jahr vom 7. Juni 1023 bis 7. Juni 1024) eine Einheit zu viel.

Gut erhaltenes Original, ohne Recognitionszeichen. Das Sigel (bei Foltz, l. c. p. 43, Heinrich II. 3) ist vorzüglich erhalten, völlig unversehrt. Keine ältere Dorsualaufschrift (dagegen die gewohnte jüngere, mit Verweisung).

Zu Nr. 26, 28, 29, 30 vgl. auch Sickel im „Neuen Archiv", Bd. I. S. 465 ff., besonders aber dessen „Reisebericht" (1877), S. 91 u. 92.

31.

Kaiser Heinrich III. bestätigt dem Kloster Rheinau die durch Wolvin gemachte Schenkung (vgl. Nr. 10), sowie weitere Besitzungen, und nimmt dasselbe in seinen Schutz.

1049. Juli 11. Achen.

(Chr) In nomine sanctæ et individuæ trinitatis[a] Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator,

c. So in flüchtigem Irrthum das Wort (auf der Höhe der Kanzlerzeile, was im Abdruck wegen Mangels an Raum nicht so recht sichtbar wird) zu wiederholen begonnen.

a. So der Schreiber.

augustus. || Oportet igitur nos, qui divino sumus munere quodammodo præ ceteris hominibus sublimati, eius in omnibus pro posse nostro parere voluntati, cuius prælati sumus clementia atque regnamus providentia, loca vero sibi consecrata || nostro consolari juvamine atque imperiali tueri munimine, quoniam id nobis ad præsentis vitę salutem et ad percipiendam æternę beatitudinis retributionem firmiter prodesse credimus. Quapropter omnium sanctę Dei ęcclesiæ nostrorumque || fidelium noverit pietas tam futurorum, quam et præsentium, quia venerabilis abbas Richardus nostris præsentavit obtutibus quoddam privilegium, cui erat inscriptum[1], qualiter pię memoriæ vir Wolvini pro remedio animę suæ propinquorumque suorum felici commemoratione monasterium Renaugia nominatum, in Turgòuvensi pago et in Alemannico ducatu in comitatu Bertoldi comitis, prius vero ab impiis hominibus neglectum atque pene destructum, ob amorem Domini nostri Jesu Christi ejusque sanctissimę genitricis Marię, perpetuę virginis, nec non in honore sancti Petri apostolorum principis et sancti Blasii martyris, sincera devotione reędificavit ac restauravit et restaurato omnia suæ proprietatis loca, quę in prædicto Turgòuvensi pago habuit, scilicet Martella[2], Helehenchova[3], Holzheim[4], Willegisesboch[5], Ròdolfingon[6], Truillinchova[7], Beichinchova[8], Truitdinchova[9], Szlat[10], Stamheim[11], Nuzbòma[12], Morineswileri[13], et in Albgouve cellam, quę dicitur Alba[14], Aloffa[15], Waltkyrecha[16], seu quicquid illi in Italia in pago Veronensi[17] et Tartonensi[18] hereditario jure provenit, id est Curtenova, Chodrun ac Rubessel, et in pago Clechgòve Gehtelinga[19], Sibilinga[20], Hovestat[21], Heidestat[22], Aldenburg[23], Balba[24], Swabòuva[25], Raffa[26], Wolfenesrinti[27], Wilechinga[28], Haselaha[29], Arzinga[30], Wizwila[31], Lòchringa[32], cum ęcclesiis cunctisque ęcclesiasticis rebus et mancipiis utriusque sexus, curtilibus, ædificiis, terris cultis et incultis, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, vectigalibus, exitibus et reditibus, viis et inviis, quęsitis et inquirendis omnibusque ad eadem loca jure legitimeque pertinentibus, ut perpetualiter permaneant, ad præscriptum monasterium Rinaugia tradidit. Quo facto id ipsum monasterium omniaque sibi collata et tradita bona in jus et dominium Ludewici regis et omnium post illum succedentium regum vel imperatorum cum legitima libertate manci-

pavit; ea videlicet ratione, ut sub illorum defensione et inmunitatis tuitione cum omni jure et integritate consistant. Quę quoniam ita ab antecessoribus nostris legaliter in nostram pervenere potestatem, volumus, ut cum eodem jure sub nostra defendantur et maneant imperiali auctoritate, pro remedio nostræ animę genitorisque nostri Chŏnradi[23] imperatoris nostręque genitricis Gisilę[24] imperatricis, priorum q|uidem re|[b]gum et imperatorum ante nos regnantium et imperantium instituta nostris præceptis renovantes et corroborantes. Ut hæc autem nostrę auctoritatis confirmatio stabilis et inconvulsa omni permaneat ęvo, hoc præceptum inde conscriptum manu propria corroboran|tes sigi][b]lli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum domni Heinrici tercii regis invictissimi (M) secundi Romanorum imperatoris augusti ⁝ (S. Speciale) ⁜ (L S)

Winitherius cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi. (S. R.)

Data V. idus julii, anno dominicę incarnationis millesimo XLVIIII., indictione II., anno autem domni Heinrici tercii regis, imperatoris secundi, ordinationis eius XXI., regni quidem XI., imperii autem III. In nomine Domini.

Actum Aquis feliciter. Amen.

Rheinauer Archiv in Zürich (Cartular: Sp. 35—37). — Abdrnck: Hergott II. 1. S. 120 n. 121. — Gerbert III. S. 22—24 (theilweise facsimilirt). — Muos S. 50 (kleiner Anszng). — Regest: Böhmer: Reg. Nr. 1597. — Meyer von Knonau, Archiv I. Nr. 19. — Schweiz. Urk-Reg. Nr. 1345. — Stumpf: Reichskanzler Nr. 2372.

[1] Das ist Nr. 10, König Ludwig's, von 858. [2]—[18] Vgl. zu Nr. 10: n. 4—20. [19]—[22] Vgl. zn Nr. 16 b, welche also angenscheinlich neben Nr. 10 producirt wurde, n. 1—14. [23] Kaiser Konrad nnd [24] Kaiserin Gisela, gest. 1039 nnd 1043.

Das Datnm ist im annns ordinationis (ann. ord. 21 am 14 April 1049 zn Ende) nm eine Einheit zn niedrig, sonst in sich zusammen stimmend.

Gnt erhaltenes Original. Das Sigel ist nicht mehr vorhanden. Das Signnm speciale, das Schlnsszeichen der Zeile des Signnms, entspricht ganz der durch Steindorff: Jahrbücher des deutschen Reiches nnter Heinrich III., Bd. I. S. 371 u. 372, gegebenen Beschreibnng. Das Recognitionszeichen ist in der Winitherins eigenthümlichen Weise gebildet (vgl. Steindorff, S. 386): das Diptychon mit den Bnchstaben

b. Kleines Loch, nachträglich durch das Zusammenfalten (oder durch Mäusefrass entstanden).

YΔEA YYYNYΘHEPYY KANKELLAPYY (und zwar in quer durch beide Tafeln gehender Inschrift). Das Sigel ist abgefallen.

Die jüngere Dorsualschrift hat: „Quære in libro in X. folio istud privilegium et signum“ (wieder richtige Zählung).

32.

König Heinrich IV. stellt dem Kloster Rheinau, entgegen einer vorhergegangenen Verfügung zu Gunsten des Bischofs Rumald von Constanz, die früheren Freiheiten wieder her.

1067. Juni 8. Reichenau.

(Chr) In nomine sanctæ et individuæ trinitatis Heinricus divina favente clementia rex. || Noverit omnium tam pręsentium, quam etiam futurorum industria, qualiter Rumaldus[1] Constantiensis episcopus impetravit a nobis in beneficium || quoddam monasterium, quod Rinaugia dicitur. Sed postea Gerungus eiusdem monasterii abbas venerabilis obtulit optutibus nostris quasdam || immunitates, quibus insertum erat, qualiter antedictum monasterium a potestate parentum nostrorum, regum videlicet ac imperatorum, necnon et patris nostri piæ memorię Heinrici imperatoris augusti, esset constructum atque plenissima libertate roboratum. Quorum morem etiam nos imitantes predictum monasterium, ipso etiam episcopo in id consentiente multumque nos super hac re efflagitante, propriæ libertati concessimus, ut ex hac die et deinceps neque episcopus neque ulla alia persona eundem abbatem eiusque successores seu fratres inibi degentes audeat inquietare, ut liberi et quieti pro nostra salute omnipotenti Deo die noctuque preces valeant effundere. Et ut hoc nostræ auctoritatis pręceptum per succedentia tempora firmius habeatur et diligentius observetur, propria manu firmavimus et sigilli nostri impressione sigillari jussimus.

Signum domni Heinrici (M) quarti regis.

Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.

(L S)

Data VI. idus junii, anno dominicæ incarnationis millesimo LXVII., indictione V., anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XV., regni vero XI. Actum Augee[2] feliciter. Amen.

Rheinauer Archiv in Zürich (Cartular: Sp. 37 u. 38). — Abdruck: Zapf, S. 461. — Gerbert: De Rudolpho Snevico, S. 156. — Mnos S. 92 u. 93. — Regest: Böhmer: Reg. Nr. 1816. — Meyer von Knonau, Archiv I. Nr. 20. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1395 (wo irrthümlich „Augsburg"). — Stumpf: Reichskanzler Nr. 2705.

[1] Rumald, Bischof von Constanz 1051—1069. [2] Reichenau.

Das Datum hat das unrichtige Ordinationsjahr, das 15. (bis 17. Juli 1067 reicht das 13.), stimmt aber sonst in sich überein.

Gut erhaltenes Original, ohne Recognitionszeichen. Vom Sigel ist noch der obere Theil der Figur mit dem linken Knie, doch ohne den rechten Vorderarm, von der Umschrift HEIN erhalten (es war das von Bresslau: Die Siegel der deutschen Könige und Kaiser aus der salischen Periode, Neues Archiv Bd. VI, S. 571, geschilderte dritte Sigel der Königszeit). In der unteren Ecke links steht „sic" von der Hand des Schreibers selbst.

Die gewohnte jüngere Dorsualzeichnung.

33.

König Heinrich IV. schenkt dem Kloster Rheinau Güter in Ensisheim und Berslingen.

1071. März 26. Basel.

In nominę sanctę et individuę trinitatis Heinricus divina favente clementia rex. Oportet igitur nos, qui divino suuus munere quodammodo præ ceteris hominibus sublimati, eius in omnibus parere voluntati pro posse nostro, cuius prælati sumus clementia atque regnamus providentia, loca vero sibi consecrata nostro consolari juvamine, quoniam id nobis ad presentis vitę salutem et ad percipienda ęternę beatitudinis præmia firmiter prodesse credimus. Quapropter noverit omnium tam præsentium, quam et futurorum industria, quicquid in villa Ensinshain[1] et in Persiningin[2] in pago Hegouve in comitatu Ludewici nos habere videmur, ad monasterium, quod dicitur Renaugia, pro remedio animę nostrę tradimus.

Adilbero cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.

Data VII. kalendas aprilis, anno dominicæ incarnationis millesimo LXXI., indictione VIIII., anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XVII., regni vero XV. Datum est Basileę. In Dei nomine summi feliciter. Amen.

Cartular (Sp. 38 u. 39). — Abdruck: Schöpflin, Alsat. diplom. I. S. 175. — Regest: Böhmer, Reg. Nr. 1840. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1401. — Stumpf: Reichskanzler Nr 2741.

[1] Ensisheim, Kreis Gebweiler, R.-B. Ober-Elsass. [2] Berslingen, abgegangener Ort in der Pfarrei Merishausen, K. Schaffhausen.

Das Datum stimmt in seinen Bestandtheilen unter einander.

34.

König Lothar bestätigt dem Kloster Rheinau dessen Privilegien, sowie die Uebertragungen des edeln Mannes Bernhart zu Griessen und Spreitenbach.

1125. November 3. Worms.

(Chr) In nomine sanctę et individuę trinitatis ego Lotharius divina favente gratia rex. Omnium fidelium Christi presentium ac futurorum notum esse volumus industrie, qualiter religiosus et venerabilis vir || Diethmarus, abbas cenobii quod Renaugia nuncupatur, nostram serenitatem inploravit, quatenus precepta et conscriptiones ab antecessoribus nostris eidem monasterio editas nostra etiam confirmatione roboraremus. Cuius petitioni pias aures in || clinantes simulque priorum instituta super inmunitate sancti loci perpendeutes precipimus et statuimus, ut prefa[tum ce]nobium ea inmunitate subsistat, ut videlicet monachi in ipso monasterio secundum regulam sancti || Benedicti degentes liberam facultatem habeant secundum Deum abbatem eligendi absque ullius terrore sive contr[adictione, quem] etiam si inter se non habuerint, de alio religioso eligant monasterio, qui videlicet electus [nullius] dicioni subjaceat, nullius superioris aut inferioris persone difficultate turbetur aut cuiuscumque distr[ictionis sive preceptionis m]olestiam patiatur; sed liceat ipsi abbati sine ullius contradictionis obstaculo monachos suos ratio[nabiliter r]egere, familie precipere, res monasterii intus vel foris ordinare, omnia juxta consilii sui pr[ovisionem decenter, congrue et utiliter] gubernare, nulli extra familiam ecclesię aliquod beneficium prestare, advocatum quem voluerit consilio [fratrum eli]gat ac ponat, qui nullum etiam sibi substituat, sed ita se agat, ut si abbati displi[cuerit, loco cedat et alius,

qui melior ei vi]sus fuerit, succedat. Preterea idem religiosus abbas quoddam predium in villa, que di[cit]ur Griezhein[1], proprietati cenobii sui nuperius ceteris traditum, regie majestati nostre tuendum [commisit, cuius predii traditionem testibus] idoneis, quos ipse obtutibus nostris presentaverat, diligentius inspectam ratam esse volumus ac nostris successoribus per presentis pagine virtutem roborandam transmittimus. Fuit enim in prenominata villa, videlicet G[riezhe]in[1] quidam homo nobilis nomine Bernhardus, qui amore eterne vite conpunctus ad prefatum monasterium tradidit, quicquid hereditario jure in predicta villa possederat, et in Riuti[2] hobam unam, que ambe site sunt in pago Chleggouve. Addidit etiam hobam unam in villa Spreitenbach[3], que sita est in pago Ziurigouve. Hec omnia et ad ea pertinentia, id est ecclesiasticam donationem in Grezhein[1] et eiusdem legittimam advocatiam cum hominibus utriusque sexus et que ipsi habere videntur, contradidit. Volumus igitur, ut idem cenobium cum omnibus intrinsecus et forinsecus sibi coherentibus, terris quoque cultis et incultis, inquisitis et inquirendis, viis et inviis, pratis, pascuis, silvis, vineis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, mancipiis, edificiis et omnibus ad se juste ac legaliter collatis et conferendis sub nostre tuitionis inmunitate subsistat et ab omni aliene inquisitionis seu exactionis molestia securum permaneat et liceat fratribus eiusdem monasterii pacifice et quiete in futuro residere et Dei servitium perficere atque pro nobis et conjuge proleque nostra seu totius regni a Deo collati salute Dei misericordiam attentius exorare. Et ut hec auctoritas concessionis et confirmationis nostre firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus verius credatur seu diligentius observetur, manu propria subter firmavimus et sigilli nostri inpressione signari jussimus.

Signum (M) Lotharii serenissimi regis. Ego Embrico præpositus et archidiaconus ad vicem archicancellarii Adelberti, Moguntini archiepiscopi, re [Sign. Rec.] cognovi.

(L. S.)

Data III. nonas novembris, a[nno] dominicę incarnationis millesimo centesimo XXV., indictione III., regni vero eiusdem serenissimi regis Lotharii anno I.

Actum Wormatię in Domino felic[iter. A]men.

Rheinauer Archiv in Zürich (**Cartular:** Sp. 39—41). — Abdruck: Zapf, S. 468—470. — Muos S. 51 (in kurzem Auszug). — Regest: Böhmer, Reg. Nr. 2094. Meyer von Knonau, Archiv I. Nr. 22. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1638. — Stumpf: Reichskanzler Nr. 3227.

[1] Griessen, bad. A. Waldshut. [2] Wahrscheinlich die Reutehöfe, südlich auf der Höhe über Griessen. [3] Spreitenbach, arg. Bez. Baden.

Das Datum stimmt in seinen Bestandtheilen.

Original, das aber durch Mäusefrass gelitten hat (die Lücken sind nach der Abschrift des Cartulars hier ergänzt). Das Sigel ist nicht mehr vorhanden.

Wieder die jüngere Dorsualschrift: „Quære signum et privilegium in folio XI. libri“.

35.

Papst Honorius II. bestätigt dem Abte Dietmar den Besitz des Klosters Rheinau, die Erwählung des Vogtes und die freie Abtswahl.

1125. Februar 24. Lateran.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Dietmaro, abbati Rinaugiensis || monasterii, eiusque successoribus substituendis in perpetuum. Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desideran || tium non est differenda petitio. Eapropter, fili karissime Dietmare, tuis petitionibus annuentes per præsentis privilegii paginam || vestro venerabili Rinaugiensi monasterio confirmamus, quęcunque ad idem monasterium legitimis fidelium donationibus pertinere noscuntur; quęcunque etiam in posterum concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus itaque sub divini interminatione judicii, ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere proturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare aut in beneficium dare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Nullus advocatus constituatur nec aliquis quolibet ingenio se ingerat vel intromittat, nisi quem abbas elegerit. Qui si in aliquo ei restiterit, concessa potestate careat et alium auctoritate apostolica abbas substituat.

Obeunte te, nunc eiusdem loci abbate, vel quolibet tuo successore nullus ibi qualibet astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel pars consilii sanioris elegerint. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostr[ę constitu]tionis paginam sciens, contra eam venire temptaver[it, secund]o terciove commonita si non emendaverit, honoris potestatisque suę dig[nitate careat] reamque se divino judicio esse cognoscat et a sacratissimo corpore Domini aliena fiat, sitque anathema in die Domini extremo [ign]e comburenda. Amen.

(C) Ego Honorius catholicę ęcclesiæ episcopus subscripsi. (M)

Datum Laterani per manus Ailmerici, sanctę Romanę ęcclesię diaconi cardinalis ac bibliotecarii, vice domni Friderici archicancellarii et Coloniensis archiepiscopi, VI. kal. mart., anno ab incarnatione Domini MCXXVI, indictione III., pontificatus domni Honorii pape II. anno I.

Rheinauer Archiv in Zürich (**Cartular**: Sp. 41 u. 42). — **Abdruck**: Zapf, S. 471 u. 472. — Muos, S. 95. — **Regest**: Jaffé Reg. Pontif. Roman. Nr. 5197. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1633.

Im Datum gibt Jaffé (S. 550) dem Pontificatsjahr und der Indiction den Vorzug vor dem Incarnationsjahre, merkt jedoch diese Nr. 5197 als ein unter den Stücken des Honorius, was die Canzleiausfertigung betrifft, ganz allein stehendes an. Der Circulus hat die Worte im Ringe: „Oculi Domini super justos", im inneren Kreise: „Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Honorius papa II." Auf der Rückseite bloss die gewohnte Notiz: „Quære C. in folio XI." (richtig gezählt).

36.

Papst Honorius II. beauftragt den Bischof Ulrich von Constanz, den Grafen Rudolf von Lenzburg von Feindseligkeiten gegen das Kloster Rheinau abzumahnen.

1126 (?). April 7. Lateran.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Uodalrico episcopo Constantiensi[1] salutem et apostolicam benedictionem. Quemadmodum cultores justicię et religionis amatores sunt vere caritatis brachiis amplexandi, ita raptores et persecutores ęcclesię Dei

dignis sunt animadversionibus cohercendi. Eapropter fraternitati tuę mandamus, ut Růdolfum comitem de Lenzeburch[2] diligenter admoneas, quatenus ab infestatione monasterii Renaugię desistat et in antiqua et concessa sibi libertate omnino dimittat; quod si tuis ammonitionibus parere contempserit, debitam de eo justiciam facias. Data Lateranis, VII. idus aprilis.

Cartular (Sp. 42 u. 43). — Abdruck: Herrgott II, 1. S. 142. — Mnos, S. 96. — Regest: Jaffé Nr. 5279. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1636.

[1] Nach den folgenden Nummern 38 und 39 wohl Bischof Ulrich I. von Constanz, 1111—1127. Allerdings folgte auf Ulrich I. unmittelbar Ulrich II. [2] Graf Rudolf von Lenzburg, 1082 — c. 1130.

Als Datum darf mit Rücksicht auf Nr. 34, 38 und 39 mit ziemlicher Sicherheit der 7. April 1126 angesetzt werden.

37.

Papst Honorius II. ermahnt den Grafen Rudolf von Lenzburg, den Bau einer Burg auf dem Boden des Klosters Rheinau nicht fortzusetzen und dasselbe in seinen Freiheiten unbehelligt zu lassen.

Ohne Datum. (1126?)

Honorius episcopus, servus servorum Dei, illustri viro Růdolfo comiti de Lenzeburch[1] salutem et apostolicam benedictionem. Viri nobiles et potentes debent religiosa loca diligere et de suis facultatibus sustentare. Tu vero contra nobilium consuetudinem monasterium Renaugense multis gravaminibus infestare præsumis et in eius fundo castrum construere, quod monasterio valde damnosum est, sicut accepimus, inchoasti. Quapropter tibi mandamus, ut a tanta præsumptione desistas et præfatum monasterium in antiqua et concessa sibi ab imperatoribus libertate omnino dimittas; quod si contemptor extiteris, canonicam sententia(!), quam in te frater noster Uodalricus, Constantiensis[2] episcopus, dederit, ratam habebimus.

Cartular (Sp. 43). — Abdruck: Herrgott II, 1. S. 146. — Muos S. 96. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1634.

[1] u. [2] vgl. zu Nr. 36.

Als Zeit des Stückes empfiehlt sich die möglichste Annäherung an Nr. 36.

38.

Der Legat Cardinalpriester Gregor ermahnt den König Lothar, dass dieser bei seinen früheren dem Kloster Rheinau günstigen Befehlen gegenüber dem Grafen von Lenzburg bleiben möge.

Ohne Datum. (1126?)

Domno Liuthero Dei gratia glorioso Romanorum regi frater Gregorius sanctę Romanę ęcclesię presbyter cardinalis et apostolicę sedis legatus salutem et omne bonum. Per Alemanniam Deo faciente prosperum habentes transitum abbatem de Rinaugia obviam habuimus, per quem sub multorum testimonio libertatem suę ęcclesię in advocati electione et donatione manifeste cognovimus. Quam libertatem usque ad antecessoris tui tempora eadem ęcclesia inconcusse tenuit et eiusdem libertatis confirmationem ab excellentia vestra in præterito anno promeruit, et domnus papa eam suo privilegio sub anathemate firmavit. Unde ut salva gratia vestra dicamus, multum miramur, quare abbate ad audientiam non vocato de eadem causa contraria mandastis. Cum enim comiti de Lenzeburch prius scripseritis, ut ab infestatione loci illius desisteret et fratribus præbendam suam dimitteret, postea abbati contra hęc præcipiendo dixistis, quod aliter, quam res se haberet, causam suam vobis notificaverat. Nos autem, sicut prædiximus, in verbis abbatis etiam multis attestantibus omnem veritatem invenimus. Unde dignitatis vestrę excellentię humiliter supplicando suggerimus, ut quod prius juste fecistis, mutare non velitis, set, sicut honorem vestrum decet, firmum et stabile conservetis, quatenus et eorundem fratrum oraciones, qui religiosi sunt et Deum timent, merito habere debeatis.

Cartular (Sp. 43 u. 44). — Abdruck: Herrgott II, 1. S. 146 u. 147.

Als Zeit ist wohl wieder eine Ansetzung möglichst nahe an Nr. 36 und 37, jedenfalls vor 4. Juni 1133 (Lothar's Kaiserkrönung) zu wählen. Der verwarnte Graf von Lenzburg ist Rudolf (vgl. Nr. 36 n. 2) und die Erwähnung des „præteritus annus" weist — nach Nr. 34 und 35 — noch bestimmter auf das Jahr 1126.

39.

Der Legat Cardinalpriester Gregor ermahnt den Grafen von Lenzburg, das Kloster Rheinau nicht zu schädigen.

Ohne Datum. (1126?)

Frater Gregorius, sanctę Romane ęcclesię presbyter cardinalis et apostolicę sedis legatus, illustri viro Růdolfo, comiti de Lenziburch, salutem et omne bonnm. Per Alemanniam transeuntes libertatem, quam ecclesia de Rinaugia per multa tempora habuit, abbate et pluribus referentibus aperte cognovimus. Quam libertatem et domnus rex suo præcepto et domnus papa suo privilegio sub anathemate firmavit. Unde ex parte apostolicę sedis tuę nobilitati mandamus, ut ab eiusdem ęcclesię infestacione omnino desistas et debitam libertatem eam habere permittas, ne contra privilegium Romanę ęcclesię faciendo anathematis sententiam merito incurras.

Cartular (Sp. 44). — **Abdruck:** Herrgott II, 1. S. 147.
Wegen der Zeit vgl. zu Nr. 37 und 38.

40.

Kaiser Heinrich (V.) gewährt, unter Bitte um Verzeihung für geschehenes Unrecht, dem Kloster Rheinau den Genuss seiner Freiheit.

Ohne Datum.

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator augustus Renaugensi abbati totique eius congregationi salutem et gratię suę plenitudinem. Nos, qui ęcclesiarum defensores esse debemus, crebra peticione episcopi divę memorię E., ut fit, devicti, erga vos vestramque ęcclesiam fecimus, quod nec Deo, nec bonis hominibus placere scimus. Set quia vero humanum est peccare, diabolicum vero perseverare, fatentes peccasse indulgentiam petimus nobis prænomi-

natique præsulis animę et ea racione concedimus atque jubemus vos pristina uti libertate.

Cartular (Sp. 44 n. 45). — Abdruck: Zapf, S. 466. — Muos S. 31 n. 32. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1618.

Als Zeit ist wohl wirklich diejenige Kaiser Heinrich's V. (1111—1125) anzunehmen. Hohenbaum van der Meer (Zapf S. 466, n 1.) will E. als den 1121 verstorbenen Bischof Erlung von Würzburg erklären.

41.

König Heinrich (V.) befiehlt die Zurückerstattung der Hube des Hörigen Snelhart zu Hofstetten an das Kloster Rheinau.

Ohne Datum.

H(einricus) Dei gratia rex L. suam gratiam. Sicut nos amatis et gratia de nostra ulterius gaudere vultis, firmiter præcipimus, ne amplius vos de illa hůba, quam servus vester Snelhart in loco Hovestetin[1] habet, intromittere præsumatis; set ad servitium monachorum de Rinouva redire jubemus, ut non ultra ab eis ullam inde querimoniam audiamus.

Cartular (Sp. 45). — Abdruck: Zapf, S. 463 u. 464. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1535.

[1] Hofstetten, G. Neuhausen, K. Schaffhausen.

Als Zeit ist wohl wieder die Regierung Heinrich's V. anzunehmen. Doch hat sicher der Buchstabe „L." mit einer Abkürzung von „Lenzburg" nichts zu schaffen, so dass also Nr. 41 mit den anderen Stücken wegen der Vogtei der Lenzburger, entgegen Hohenbaum van der Meer's Annahme bei Zapf (S. 463 n. z), keine Berührung hat.

42.

König Heinrich (V.) befiehlt die Zurückerstattung des in der Kriegszeit dem Kloster Rheinau entrissenen Besitzes und Beobachtung der Grenzen des Rechtes durch die Vögte.

Ohne Datum.

H(einricus) gratia Dei rex Renaugensi advocato, servientibus ac familię. Quoniam propter dissensionem, quę temporibus patris mei

facta est, multa inordinata, injusta et noxia pene ubique perpetrata sunt, nos, qui a Deo protegente regnum patrum nostrorum cum pace possidemus, volumus, ut ęcclesię Dei, quę nostrę ditioni ac defensioni subjacent, legitima jura sua habeant, et quę per surreptionem utilitati earum contraria facta sunt, corrigantur. Unde præcipimus, ut quicquid in tempore bellorum de monasterio Renangia nomine beneficiorum distractum et ablatum est, Ottoni abbati et fratribus restituatur, a diebus scilicet Gerungi abbatis usque in diem, quo prædictus Otto abbas ipsum locum ex nostra concessione legitime obtinuit. Hoc etiam præcipimus, ne advocatus terminos juris sui transeat nec secundos advocatos habeat, set placitum suum secundum consuetudinem antiquam loci teneat. Si quis autem huic præcepto nostro obtemperare neglexerit, sive liber, sive servus, districti judicii nostri censuram non evadet.

Cartular (Sp. 45 u. 46). — **Abdruck:** Zapf, S. 463. — Muos, S. 93 u. 94. — **Regest:** Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1536.

Als **Zeit** ist mit Hohenbaum van der Meer (Zapf S. 463) der Anfang der Regierung Heinrich's V. anzunehmen, in welchen auch die Bestellung des Abtes Otto fiel (Abt Gerung starb am 1090).

43.

Friderun überträgt, unter Feststellung gewisser Bedingungen, ihren Besitz zu Eggingen an das Kloster Rheinau.

Ohne Datum. Ramsen.

Notum sit omnibus tam futuris, quam præsentibus, qualiter ego Friderun cum manu filii mei Marquardi trado legitima donatione ad monasterium, quod dicitur Rinaugia, totum prædium, quod in villa Eggingen[1] nuncupata hereditario jure hactenus habuimus, videlicet pro remedio animę dilecti mariti mei Marquardi, et ut ego et prædictus filius meus et filia mea nomine Ita in eodem monasterio præbendas et mansiones nostras secundum morem et consuetudinem ceterorum inibi manentium deinceps habeamus. Quicquid igitur in prædicta villa, quę sita est in pago prope Ulmam[2], habere videmur, tam mancipiis utriusque sexus, quam pratis, pascuis, agris, silvis,

molendinis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, exitibus et regressibus, cultis et incultis, totum trado in jus et dominationem præfati monasterii; ea convenientia, ut præscriptum est, et ut præscripti monasterii rectores et fratres deinceps habeant facultatem ex ipsis rebus faciendi, quicquid eis ad usum ipsius ęcclesię placuerit. Si qua vero, quod absit, obposita persona contra hanc nostram legitimam traditionem venire temptaverit et eam infringere studuerit, in erarium regis auri uncias V, argenti pondera totidem coacta persolvat, et ipsa donatio inconvulsa permaneat. Actum apud Rammisheim[3] in pago Hegouve, in comitatu Uodalrici comitis de Rammesperch[4], ipso præsente et Gerungo comite de Stůlingen[5], coram multis idoneis testibus. Regnante domno Heinrico IIII. rege.

Cartular (Sp. 46). — Abdruck: Zapf, S. 462. — Neugart: Episcop. Constant. II, S. 429. — Wirtemb. Urk.-Buch I, S. 307. — Mnos S. 30. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1398 (irrig nochmals als Nr. 1497).

[1] Eggingen, wirtemberg. O. A. Blaubeuren. [2] D. h. im Gau Flina. [3] Ramsen, K. Schaffhausen. [4] Ramsberg, bad. A. Pfullendorf. [5] Stühlingen, bad. A. Bonndorf.

Als Zeit nehme ich mit F. L. Baumann (Die Gaugrafschaften im wirtembergischen Schwaben, S. 83, 2. Anm.), da allerdings wohl an Heinrich V. zu denken ist, ein Jahr nach 1106 an.

44.

Liutold von Weissenburg schenkt Besitz an verschiedenen Orten im Kletgau an das Kloster Rheinau.

Ohne Datum.

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Ego Liutoldus de Wizinburc[1], carnali legitimo herede cassatus, divino autem timore correptus, ipsum qui mihi corpus et animam tribuit, heredem possessionum mearum constituens, libera utens potestate, trado ad monasterium genitricis suę in loco Rinouva in pago Tûrgouve, quicquid hereditario jure visus sum possedisse in pago Chleggouve, in locis his nominibus, videlicet in Arcingin[2], Wizinburc[1], Wizwîlo[3], Růdelingin[4], Bůchperch[5] cum omnibus ad ea pertinentibus, scilicet hominibus utriusque sexus, militaribus et rusticanis, vineis et

pomariis, pratis et pascuis, cultis et incultis, agris, silvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, ęcclesiis ęcclesiasticisque possessionibus, seu quicquid dici aut nominari potest, totum legitima donatione trado in jus et dominationem præfati monasterii. Si quis autem, quod absit, hanc traditionem cassare voluerit, in erarium regis multam componat, id est auri uncias et argenti pondera VI, et ipsa nihilominus firma stabilisque permaneat.

Cartular (Sp. 47). — Abdruck: Zapf, S. 470. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1642.

[1] Weissenburg, zerstörte Burg bei [2] Weisweil, bad. A. Waldshut. [3] Erzingen, bad. A. Waldshut. [4] Rüedlingen, in der Kirchgem. [5] Buchberg, K. Schaffhausen.

Die Zeit ist in Ermanglung aller Anhaltspuncte nicht einmal annähernd zu bestimmen; doch weist der Name des Schenkers (vgl. Nr. 47) immerhin in die Zeit von Nr. 43.

45.

Liutold von Weissenburg tauscht mit dem Kloster Rheinau seine Besitzung in Weisweil gegen dessen Besitz zu Bürgeln und eine Hube in Merishausen.

Ohne Datum.

In nomine Dei summi noverint omnes præsentes et futuri, quia ego Liutoldus de Wizinburc[1] dono prædium meum, quod actenus in Wizwile[2] habuisse visus sum, cum omnibus justiciis ad idem pertinentibus, ac tribuo ad monasterium sanctę Marię Dei genitricis, quod est in loco Rinouva dicto, et ego recipio ab eiusdem monasterii rectoribus in concambium, quicquid in Alpegouve in loco Burgilun[3] nuncupato habuerunt, et unam hûbam in pago Hegoue, in villa Morinshûsin[4] dicta; ea ratione hanc commutationem confirmantes, ut sine omni contradictione, quicquid nobis ad utilitatem nostram visum fuerit, ex eisdem rebus deinceps faciamus.

Cartular (Sp. 47 u. 48). — Abdruck: Zapf S. 466 u. 467. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1622.

[1], [2] vgl. zu Nr. 44. [3] Bürgeln, bad. A. Waldshut. [4] Merishausen, K. Schaffhausen.

Wegen der Zeit vgl. zu Nr. 44.

46.

Bertold überträgt, unter Feststellung gewisser Bedingungen, seinen Besitz zu Osterfingen an das Kloster Rheinau.

Ohne Datum. Rheinau.

Ego Bertoldus in nomine Domini notum facio omnibus præsentibus et futuris, quia omnem hereditatem meam, quam habui in Ostrolvingin[1], cum manu fratrum meorum Růdolphi et Liutoldi de Flacho[2] trado ad monasterium sanctę Dei genitricis in Rinouva; ea videlicet ratione, ut ego deinceps mansionem meam, sicut quilibet monachus, ibidem habeam et præfatum prædium transeat absque ullius contradictione in jus et proprietatem prædicti monasterii abbatis Ottonis et monachorum et in perpetuum eorum successoribus. Quisquis hanc traditionem in irritum ducere studuerit, in erarium regis reus persolvat duas uncias auri et III pondera argenti. Actum in Renaugia, coram multis testibus. Rege Heinrico IIII.

Cartular (Sp. 48). — Abdruck: Zapf S. 464 u. 465. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1587.

[1] Osterfingen, K. Schaffhausen. [2] Flach, zürch. Bez. Andelfingen.

Die Zeit ist diejenige Heinrich's V., mit der die Regierung des Abtes Otto fast ganz zusammentrifft.

47.

Bernhart von Griessen überträgt, unter Feststellung gewisser Bedingungen, seinen Besitz zu Griessen, Rüti und Spreitenbach an das Kloster Rheinau.

Ohne Datum. Rheinau.

In Dei nomine. Ego Bernhardus de Griezheim[1], compunctus ęternę vitę amore, trado ad monasterium, quod dicitur Rinouva, quicquid hereditario jure in prædicta villa usque nunc possidere visus sum, et in Riuthi[2] hůbam unam, quę ambę sitę sunt in pago Chleggouve. Do etiam hůbam unam in villa nomine Spreitenbach[3],

quę sita est in pago Zurichgouve. Hęc omnia et ad ea pertinentia, id est ęcclesiasticam donationem in Griezheim[1] et eiusdem legitimam advocatiam cum cunctis prædictis locis jure possessionis adjacentibus, tam mancipiis, quam et militaribus utriusque sexus hominibus, et quę ipsi habere videntur, scilicet pratis, pascuis, vineis, pomariis, agris, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et inmobilibus, exitibus et regressibus, et quicquid dici aut nominari potest, totum trado et tribuo in jus et proprietatem præfati monasterii; ea videlicet ratione, ut ego deinceps in eodem monasterio necessaria mea, sicut quilibet monachus, habeam et prædicti loci abbas Otto et monachi et eorum successores potestatem habeant ex ipsis rebus faciendi, quicquid eis visum fuerit ad utilitatem ipsius ęcclesię. Si quis vero, quod absit, sæcularis aliave persona donationem istam cassare studuerit, in erarium regis auri uncias VI, argenti pondera totidem coactus persolvat, et ipsa nihilominus firma stabilisque permaneat. Actum in præfato monasterio, coram multitudine populi et Liutoldo, eiusdem ęcclesię advocato, et Nokero fratre eius de Wizinburc[2] et Gerundo et fratre eius Liutoldo de Stůlingin[3] ceterisque quam plurimis idoneis testibus. Regnante domno rege Heinrico IIII.

Cartular (Sp. 48 u. 49). — Abdruck: Zapf S. 467 u. 468. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1625.

[1] Griessen und [2] (höchst wahrscheinlich) Reutehöfe, Pfarrei Griessen, bad. A. Waldshut. [3] Spreitenbach, arg. Bez. Baden. [4] u. [5] vgl. zu Nr. 44 u. 43.

Als Zeit ergeben die Namen der Zeugen etwa diejenige von Nr. 43.

48.

Lantfrid von Geisingen überträgt, unter Feststellung gewisser Bedingungen, seinen Besitz zu Bodelshausen an das Kloster Rheinau.

Ohne Datum. Rheinau.

Omnes fideles Christi noverint, qualiter ego Lantfridus de Gisingin[1] trado hereditatem meam, quam habeo in Podilshûsin[2], et situm est hoc oppidum in pago, quod Bara dicitur, juxta Danubium, ad monasterium, quod Rinouva dicitur, pro remedio animę

męe, ad utilitatem ipsius ęcclesię deinceps ex hoc ipso prædiolo disponendam; ea ratione, ut ego ex hac hora mansionem meam in prædicto monasterio, sicut quilibet monachus, habeam. Si quis huic donationi obviaverit, multam coactus persolvat, id est uncias III auri et pondera totidem argenti in erarium regis, et ipsa stabilis et firma permaneat. Actum in ipso monasterio, domno Ottone abbate præsidente et domno Heinrico IIII. rege regnante.

Cartular (Sp. 49 u. 50). — Abdruck: Zapf S. 465. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1588.

[1] Geisingen, bad. A. Donaueschingen. [2] Bodelshausen ist ein abgegangener Ort an der Donau unterhalb Geisingen, dessen Gebäulichkeiten das Kloster Amtenhausen durch Einzelverleihung der Güter an Bauern von benachbarten Dörfern eingehen liess (Baumann: Abgegangene und umbenannte Orte der badischen Bar und der Herrschaft Hewen, in: Schriften des Vereins etc. der Baar und der angrenzenden Landestheile in Donaueschingen, III. S. 52).

Die Zeit entspricht derjenigen von Nr. 46.

49.

Arnold von Gutmadingen schenkt, unter Feststellung gewisser Bedingungen, sein Erbe zu Bodelshausen und eine Hube in Bülach an das Kloster Rheinau.

Ohne Datum. Rheinau.

Ego Arnoldus de Gûtmûtingin[1] do hereditatem meam, quam habeo in Podilshûsin[2], et hobam unam in Willacho[3], in pago Zurichgouve, pro remedio animę meę et parentum meorum ad monasterium, quod Rinouva dicitur; ea ratione, ut prædicti loci Otto abbas et monachi liberam copiam ad usum ęcclesię eorum ex ipsis prædiis habeant et eorum successores. Volo etiam, ut post obitum meum ex prædicta hûba in anniversario meo fratribus servitium detur. Actum in ipso monasterio, coram multis testibus idoneis. Regnante rege Heinrico V.

Cartular (Sp. 50). — Abdruck: Zapf S. 466. — Regest: Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 1589.

[1] Gutmadingen, bad. A. Donaueschingen. [2] Vgl. zu Nr. 48. [3] Bülach, zürch. Bez. Bülach.

Die Zeit entspricht der von Nr. 46 (nur dass hier Heinrich V. nicht als Heinrich IV. erscheint).

Ende des Cartulars.

Anhang.

[50.]

König Otto IV. beurkundet einen Vergleich zwischen dem Kloster Rheinau und den Brüdern Diethelm und Konrad von Krenkingen betreffend die von diesen angesprochenen Vogteirechte.

(1209.) Februar 9. Nürnberg.

Otto Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Ea, quę ad pacem et bonum ecclesiarum consilio princi || pum et fidelium imperii rationabiliter ordinantur, ne processu temporum vel malicia seu labili || hominum memoria deducantur in irritum vel aliquatenus infringantur, litterarum memorię dig || num ducimus commendanda. Quapropter notum facimus universis regni nostri fidelibus præsentibus et futuris, quod fideles nostri Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus[1] et Waltherus Gurciensis episcopus[2] questionem illam, quam abbas et fratres de Rinouve habuerunt contra Diethelmum et Conradum, fratres de Crenkingen[3], super eo, quod gravia dampna nomine advocatię ipsis contra debitum inferebant, in hunc modum concordaverunt. Promiserunt itaque idem Diethelmus et Conradus, quod eo, quod sunt advocati abbatię de Rinouve, alia servitia non requirent vel accipient, quam ea vel talia, sicut tempore antecessoris nostri imperatoris Friderici[4] accipere consueverunt homines ipsius impe-

ratoris vel ipse imperator, qui tunc advocatiam eandem in manu suo tenuit, et super hec abbati aut fratribus vel hominibus ipsius monasterii nulla dampna inferent vel gravamina. Si vero ipsi fratres contra suam promissionem et hanc inter eos ordinatam concordiam agere præsumpserint, nisi statim super hoc commoniti emendaverint, idem abbas et fratres sui super gravamine suo libere ad nos accedent, et nos debitam et plenam justiciam ipsis de eisdem fratribus faciemus. Ut autem hec in perpetuum firmiter observentur, presentem inde paginam jussimus conscribi et majestatis nostrę sigillo communiri. Datum apud Nuremberc, V idus februarii.

(L. S.)

Rheinauer Archiv in Zürich. — Abdruck: Zapf, S. 475 u. 476. — Mnos S. 97 u. 98 (abgekürzt). — Regest: Meyer von Knonau, Archiv I. Nr. 25. — Schweiz. Urk.-Reg. Nr. 2979. — Böhmer, Reg. imp. 1198—1272 (Neue Ausg. ed. Ficker, 1879), Nr. 267.

[1] Erzbischof Eberhart II. von Salzburg 1200—1246 (selbst ein Freiherr von Regensberg: vgl. zuletzt Zeissberg in der Allgem. deutschen Biographie, V. S. 537, sowie Riezler, Geschichte Baierns II. S. 586). [2] Bischof Walther von Gurk 1200—1214 (als einer von Krenkingen Eberhard's mütterlicher Oheim). [3] (Alt-) Krenkingen, der Stammsitz beim gleichnamigen Dorfe, bad. A. Waldshut, im Steinathale. [4] Kaiser Friedrich's I.

Als Datum ist wegen Böhmer, Reg. imp. Nr. 269 (vom 20. Februar) das Jahr 1209 feststehend.

Am Original hängt noch (theilweise beschädigt) das Sigel.

[51.]

Kaiser Friedrich II. beurkundet, dass er von Diethelm von Krenkingen und dessen Söhnen die Vogtei über das Kloster Rheinau an sich gekauft habe, so dass die Verkäufer Alles, was während ihrer Vogteiverwaltung versetzt worden, wieder einzulösen haben, und nimmt Abt und Kloster mit Allem, was dazu gehört, in seinen und des Reiches Schutz.

1241. August 17. Vor Tibur.

(Chr) In nomine sancte et individue trinitatis Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum impe-

rator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. || Inter cetera beneficia, que collata decorant nostre gloriam majestatis, actus nostros clarior fama felicitat, si ad ecclesias Dei nostra pie feratur intencio et earum comoditatibus providet et aucmen || tis. Ad quarum licet omnium promocionem nostre mentis intencio dirigatur, illas tamen precipuo nos decet favore prosequi, que a sue fundacionis origine imperiali glorie incorporare noscun || tur et quibus progenitorum nostrorum dedit liberalitas incrementum. Hinc est igitur, quod ad presenciam nostram accedens Burchardus[1], venerabilis Renogienssis abbas, dilectus princeps noster, humiliter nobis exposuit gravamina et pressuras, quas a Diethelmo de Crenkingen et filiis suis[2], qui se pro advocatis ecclesie sue gerebant, sustinuit contra justiciam incessanter, supplicans humiliter et devote, ut ipsum et ecclesiam suam ab eorum molestacionibus clementer eripere dignaremur. Nos igitur habentes prę oculis eiusdem abbatis devota servicia, que nobis et imperio semper studuit exibere, nec non et oraciones, que in ecclesia sua fiunt ad continuam laudem Christi pro remedio animarum divorum augustorum parentum nostrorum[3] et nostre incremento salutis, advocaciam ecclesie Renogienssis, quam dictus Diethelmus et filii eius de Crenkingen[2] diu tenuerant occupatam, redemimus cum municionibus, racionibus et omnibus pertinenciis suis pro mille ducentis marcis argenti, tali condictione, ut ipsi omnia, que alienata vel obligata forent tempore, quo ipsam advocaciam in eorum manibus habuerunt, redimere et solvere de eorum proprio teneantur, que quidem omnia tam soluta, quam solvenda per eos propriis vocabulis duximus exprimenda: in primis monasterium ipsum cum ambitu suo et civitatem Renogienssem[4] cum pertinenciis suis, villas Marthille, inferius Marthille[5], Rode[6], Chriunriet[7], Ellinchon[8], Örlingin[9], Wilginspůch[10], Mörla[11], Trullinchon[12], Benchon[13], Munnhus[14], Altinburch[15], Husen[16], Nova-Crenkingen[17], Wizwile[18], Wizinburch[19], Arzingen[20], Rehperech[21], Griezhein[22], Růdelingen[23], Bůchperch[24], Hagrine[25], Chunisgisvar[26], Segilingen[27], Loubwege[28], Můra[29], Gemunden[30], Glativeldin[31], Witinouwe[32], Zveintal[33], Höri[34], Hasila[35], cum terris cultis et incultis, pratis, pascuis, venacionibus, piscacionibus, molendinis, aquis aquarumque decursibus, moneta, foro, pedagiis, jurisdictionibus et racionibus omnium predictorum mobilium et immobilium, spectancium ad ecclesiam memoratam. Raciones autem

et jura, que tempore felicis recordacionis imperatoris Friderici avi nostri[a] tam nos, quam abbas dicti monasterii in advocacia et eius pertinenciis habere consuevimus, inviolabiliter in antea volumus observari. Insuper dictum abbatem et monasterium cum omni ambitu suo, municionibus et omnibus bonis, que in presenciarum racionabiliter possidet et in antea justo acquisicionis titulo poterit adipisci, sub nostra et imperii protectione recepimus speciali, in domanio et manibus nostris eos tenere decetero promittentes, et quod nulli alii teneantur, nisi nobis et imperio ....[a] pro tempore respondere mandantes, et sub obtentu gracie imperialis firmiter precipientes, quatinus nullus sit, qui ipsum abbatem, monasterium et bona eiusdem monasterii contra presentis privilegii nostri tenorem ausu temerario molestare presumat. Quod qui presumpserit, in penam temeritatis sue centum libras auri componet, medietatem camere nostre et medietatem injuriam passis applicandam. Ut autem prefata omnia robur optineant perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et bulla aurea tipario majestatis nostre inpressa jussimus communiri. Huius rei testes sunt Otto Leodienssis electus. Henricus Aquenssis prepositus. Bertoldus marchio de Hohenburc. Otto de Stuzelingen. Cuno de Stophelo. Ulricus de Rote. Waltherns de Scilingesvirst. Johannes de Wachenheim. Henricus de Scarphenberc. Henricus de Lapide. Lupoldus burgravius Augustensis. Albertus de Kirwilre et alii quam plures.

Signum domni nostri Friderici secundi, Dei gracia excellentissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis (M) invictissimi.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo quatragesimoprimo, mensse augusti septimodecimo eiusdem, quartedecime indictionis; imperante domno nostro Friderico Dei gracia serenissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, Romani imperii eius anno vicesimoprimo, regni

a. Eine radirte Stelle, welche Winkelmann — bei Ficker, Nr. 3123 — mit den Worten ergänzt: „vel vicario nostro, qui fuerit“.

Ierusalem septimodecimo, regni vero Sicilie quatragesimoquarto. Feliciter amen.

Datum in castris prope Tybur. Anno mensse et indictione prescriptis.

Rheinauer Archiv in Zürich. — Abdruck: Muos S. 98 u. 99 (im Auszug). — Gerbert: Codex epist. Rudolphi I. regis, Auctar. diplom. S. 221 u. 222. — Huillard-Bréholles: Hist. diplom. Friderici II., V. S. 1159—1161. — Regest: Meyer von Knonau, Archiv I. Nr. 29. — Böhmer, Reg. imp. 1198—1272 (Neue Ausg. ed. Ficker, 1881), Nr. 3223.

[1] Richenza, Tochter des Grafen Radeboto, verehlicht mit einem Grafen von Lenzburg (Kopp, Vindiciæ 98. 99; vgl. Beleuchtung II, Nr. 6).

Johannis ewangeliste, Celestini, Eustachii, Augustini, de cruce Domini, Adelheidis regine, Adolfi episcopi, Theodati, de lapide, ubi sanctus Johannes decollatus est, et de sangwine eius, de sepulcro Domini, Benedicti, de dalmatica sancti Chůnradi episcopi, Cosme, Vincentii, Pancratii, Ursi, Damiani, de capite sancti Viti, Tegnari. In capsa autem lignea majori, que etiam facta est cum ossibus ad imagines hominum incisis, quam attulit nobis quidam Adelberctus de Mauri-Monasterio, habentur reliquie sancte Afre, sanctorum Innocentum, Martini monachi, de panno, cum quo involutum fuit corpus Domini in sepulcro, de monumento Lazari, de monte Synai, Ymerii, Desiderii, Regunfridi, Victoris et Ursi et aliorum, Leonhardi, Meinradi, de lapide, ubi Johannes Cristum baptizavit, de cruce dominica, de sepulcro sancte Dei genitricis, de sepulchro Domini, Adelheidis, Ciphunille, de fragmentis, que superaverant V millium hominum, de sangwine sancti Johannis Baptiste, || de vestimentis sancti Martini. In capsella etiam minori cum ossibus facta, quam dedit nobis Judenta de Herznach, continentur reliquie de lapide, in quo steterunt pedes Domini, de ligno et presepio, Calixti pape, Albani, Ymerii, de lapidibus sancti Stephani prothomartiris, de spongia Domini, Cristoferi, de ligno Domini, de petra, ubi natus est Dominus. In minori autem capsa quadrata habentur reliquie Desiderii episcopi et martiris, Marcelli pape, Fabiani et Sebastiani, undecim M. virginum, sancte Marie virginis et matris Domini, Petri et Pauli, Åndree, Jacobi, Johannis apostoli, Hilarii, Martini, Stephani prothomartiris, Clementis, Sixti, Silvestri, Laurencii, Jacobi, Thome, de crinibus sancte genitricis Dei, Lini pape, Urbani, Augustini, Cecilie, Lucie, Anastasie, Petronelle, Felicitatis, Eufemie virginis, Agathe, Cirilli episcopi. Continentur autem in supradictis capsellis reliquie aliorum quorundam sanctorum, cum quibus „breves" non inveniuntur, quas eo magis oportet caute servare, quo nescitur, cuius sanctitatis cuiusve meriti sunt. Est et aput nos stola sancti Uodalrici et ciphus sancte Adelheidis regine, que ambo pro

Bl. 16 a.

reliquiis sanctorum amplectimur et veneramur, ut dignum est. Istas autem omnes reliquias sanctorum, quas largire dignatus est Dominus huic loco, oportet maxima cura servare et angere, undecunque possibilitas admittit, potius quam munere(!)[a] et annotare cum istis, ut sciatur nomen eorum et non deleatur memoria eorum.

16. Kirchengeräthe.

Quia ergo reliquias sanctorum describimus, jam de alia substantia, que est in isto monasterio, videamus. Sunt ergo hic quatuor cruces, una aurea, relique autem | argentee, cum pigneribus (!)[b] sanctorum, ut supra dictum est. Lignee autem cruces et figure sanctorum, que hic sunt, diversis temporibus hic facta sunt. In sancta autem cruce continentur reliquie sancte Marie. Adhuc sunt hic duo plenaria, unum cum auro et lapidibus pretiosis optime factum est, alterum autem cum argento et duo aurei calices et quatuor argentei et septuaginta albe cum totidem humeralibus et cingulis, et decem stole cum favonibus[1] et adhuc XVI favones sine stolis; de ipsis vero stolis tres auree sunt, quarta autem argentea. Sunt etiam hic X casule cum V dalmaticis, et VII tunice subdiaconorum et viginte(!) tres cappe et pallia ad altaria de serico, VII ad primare altare et ad unumquodque altare. Et missalia, linthea in solenpnitatibus super altaria ponenda, duo ad primare altare, unum ad sanctam Mariam, unum ad sanctum Petrum, unum ad sanctam crucem. Sunt et hic duo offertoriola et lintheum analogium (super)[c] ewangelium ponendum in festivis diebus et V confanones et unum sericum super sedile sacerdotis ponendum et quatuor vela et tria tapetia et adhuc de aliis palliis, que vocantur pantalia, quatuordecim partes, et

Bl 16 b.

De libris cenobii et ornamentis.

---

a. Für „minuere". b. Statt „pignoribus". c. „Super" blieb in der Feder des Schreibenden.

[1] Favones oder fanones, die Manipel. S. Bened. XIV. de Missæ sacrif. sect. I, 43; Hefele, Beiträge II, S. 180.

octo candelabra et tria turribula. Adhuc sunt hic alia pallia vel linthea sive vasa, que noluimus hic ascribere, quia pudet nos tantam paupertatem in tam prenominato loco scribere, propterea etiam quia nescimus, quamdiu ista hic maneant propter illos, qui semper dicunt: vendantur et emantur, que sunt nobis necessaria. Qui autem ista huc dederunt, longum est enarrare. Pars || enim quedam illorum data est de Lentzburg, quedam de Habspurg, quedam vero de Thurego[1], quedam autem empta est a loco isto. Quia anteriores nostri semper studuerunt potius augmentare ecclesiasticum censum quam minuere, ita et nos et qui post nos venerunt[a], oportet augere. Bl. 17 a.

17. Bibliothek.

Libros autem, qui hic sunt, subsequens breviculus pandit. Totum vetus testamentum est hic: In uno quippe libro sunt quinque libri Moysi et Josue et liber Judith et Ruth. Deinde prophete, id est Ysayas, Jheremias, Ezechiel, Daniel et libri duodecim prophetarum. In alio autem libro sunt quatuor libri regum, et Job et Thobias et Judith et *Item de libris.*

---

a. Für „venerint".

[1] Vgl. unten Bl. 33 b: Der Mönch Rupert von Muri liegt im Thurgau begraben und hat Vergabungen gemacht; vgl. auch unten Nekrol. Hermetisw., 23. Juli: „Tamburg, s. n. c. sanctimonialis", die durch die Schrift besser, als selbst Radeboto, Bischof Werunher, Reginbold u. a. hervorgehoben ist. Sie steht aber in zweiter, nicht erster Spalte, ein Beweis, dass sie nicht Mitglied von Hermetswil war, wohl aber von einem solchen Frauenkloster, das mit jenem innig verbunden war. Vergleichen wir endlich das in beiden Quellen Angedeutete mit dem, was in der Allerheiligen-Urkunde vom 14. März 1094 (s. oben Kloster Allerheiligen, S. 37) von einer Tampurga gesagt ist, dass sie mit ihren Söhnen an Allerheiligen in Schaffhausen grosse Vergabungen machte und in das dortige Frauenkloster der heil. Agnes eintrat, so werden wir zur Vermuthung geführt: der in gesagter Urkunde genannte Rupert, ein Bruder des Gemahls der Tamburg, sei identisch mit dem Muri-Mönch, der im Thurgau begraben liegt, ebenso die in der Urkunde erwähnte Tamburg sei identisch mit der im Hermetswiler Nekrolog.

Hester et duo libri Machabeorum et paralipomenon et Esdras. Item in alio libro sunt parabole Salomonis, ecclesiastes, cantica canticorum, liber sapientie, liber Jesu, filii Syrach. Deinde de novo testamento sunt hic duo plenaria, unum ab invicem est divisum. Item in alio libro sunt sermones sancti Augustini et alia quedam, et actus apostolorum et apocalipsis, epistole Pauli et VII canonice epistole. Item in alio libro habentur passiones apostolorum, id est, Petri et Pauli, Andree, Johannis, Jacobi, Thome, Bartholomei, Thathei, Symonis, Philippi, Jacobi, Marci. Item in alio libro sunt vita sancti Silvestri, Gregorii, minor Mauricii, et alia quedam; tractatus sancti Augustini in epistolam Johannis, sermo in exaltatione sancte crucis; vita sancti Martini, Briccii, Galli, Othmari, Verene, Bl. 17 b. Nicolai, Goaris, Victoris et Ursi, Felicis et | Regule, Pelagii; sermones in assumpsione et in nativitate sancte Marie. Item in alio libro continentur vita sancti Pauli, primi heremite, Antonii, Hilarionis, Malchi et alia. Dialogus sancti Gregorii, vita sancti Meginradi et alia. Item in alio volumine sunt vita sancti Uodalrici, translatio sancti Benedicti, inventio sancti Stephani, vita sancti Sebastiani, Augustini, Januarii, Cristoferi, Basilii, Praxedis, vita sancti Eucharii, Paulini. Item vita sanctorum patrum. Item in alio libro sunt vita sancte Lucie virginis, Odilie, de Abraham heremita, de nepti eius Maria, de sancta Afra, de sancta Maria Egyptiaca, ordo de missa, Paschasius. Item in alio volumine sunt vita sancti Blasii, Agnetis, Vincentii, Agathe, Valentini, Alexandri pape, Viti, Johannis et Pauli, Sixti, Ciriaci, Laurencii, Cornelii, Cipriani, Leodegarii, Dyonisii, Cecilie, Clementis, Alexii, ethimologie verborum, vita sancti Martialis. Item major vita sancti Gregorii pape. Item in alio libro sunt vita sancti Eustachii, Leonhardi, Gangalfi. Item liber miraculorum, et in ipso Romanus ordo, qui vocatur micrologus, et versus de sancta Maria Egyptiaca. Item dyadema monachorum et vita sancti Johannis Eleymonis. Item omeliarum liber major. Item minor. Item omelie sancti

Gregorii super Ezechielem, moraliorum liber, primus, qui continet tres partes, secundus, qui continet duas, tertius, in quo est ultima. Item Jheronimus super epistolam ad Hebreos et in ipso libro expositio Bede super VII epistolas et super actus apostolorum, et super apocalipsim. Item expositio Jheronimi super psalterium. Item Ambrosius de principio. Item epistole Pauli, et VII || epistole canonice. Item Augustinus super Johannem. Item expositio Augustini super primam partem psalterii. Item super secundam. Item super tertiam. Item Augustinus de verbis Domini et de verbis apostolorum et physologus.[a] Item Augustinus de sermone Domini in monte habito. Item Augustinus[1] de penitentia et alia. Item occupationes Hugonis et Augustini epistola ad comitem. Item Ysydorus super V libros Moysi. Item Magnus Ysyderus. Item liber Ysyderi, qui incipit: summum bonum, et in ipso Cyprianus de XII abusivis seculi. Item synonima Ysyderi. Item omelie Cesarii. Item Paterius. Item martirilogium, et liber Effrem in volumine. Item aliud martirilogium et nomina defunctorum. Item liber Regule. Sunt etiam hic missales libri V. Ex hiis tres pleniter scripti sunt, quartus vero habet graduale cum orationibus, quintus tantum orationes habet[2], et duo lectionarii, unus cum lectionibus habet et ewangelia. Est et ewangelicus liber, et quatuar gradualia, ex his unum musice notatum est et duo libri cum versibus offertoriorum, ex his unus musice notatus est, et tres anthiphonarii, ex quibus unus musice notatus est, et X sequencinarii, ex his habent tres versus offertoriorum, unus etiam, unus musice est notatus, et XIII psalteria, duo ex his

Bl. 18 a.

a. Statt „physiologus" Medicus, qui de iis, quæ ad naturam hominis spectant, disserit (Du Cange).

[1] Mehrere der genannten Werke vom heil. Augustin waren auch in Allerheiligen zu Schaffhausen (vgl. diesen Band, Kloster Allerheiligen, S. 143 ff.).

[2] Dieses sogen. Sacramentbuch war 1759—1762 nach M. Gerbert (Reise durch Alemannien, S. 50) noch in Muri.

habent ymnos. Sunt et hic quinque nocturnales libri, quorum primus habet tantum lectiones ab adventu Domini usque ad pascha, secundus autem a pasca usque ad adventum Domini, tertius vero habet tantum lectiones de sanctis per circulum anni, alii duo pleniter scripti sunt. Sunt etiam duo cursinarii[1] | et

Bl. 18 b. tres benedictionales libri, ex his unus habet obsequium mortuorum et unus breviarius. Item duo penitentialia, expositio super quatuor ewangelistas, ordo episcopi, duo libri de conswetudine monachorum, liber Job cum glosis. Glosa super epistolas Pauli, glose[a] super apocalipsim et cantica canticorum, glose super Matheum, glose super Priscianum, Priscianus, duo libri Prudentii et in uno ex his psichomachia, Sedulius in uno volumine, tres libri Aratoris, Prosper, constructiones Prisciani, Higinus, Cato et Avianus in uno libello, Esopus, duo libri de Walthario, duo libri Homeri, Maximianus, Persius, conpotus, Helpricus, Donatus, Martialis, Ovidius epistolarum, Salustius, Statius Achilles (!), dyaletica (!), liber divisionum, liber questionum, glose de decem predicamentis, musica Hupaldi, et geometria, musica Wilhelmi, musica Bern, musica Ottonis, regule de generibus, nove regule de primis sillabis, regule de ultimis sillabis, rethorica. Est etiam hic quedam mappa mundi, Theodolus[2]. Sunt adhuc hic opuscula libellorum satis utilia, que oportet servare et meliorare et non destruere, quia nos non potuimus ea hic sigillatim describere[3]. Libros autem

---

a. „gose", Ms.

[1] Cursinarins kommt nach Dn Cange nnr hier vor. Eine mir zu Gesicht gekommene Handschrift ans dem 12. Jahrhnndert beginnt: „Incipit Cursarins per circnlum anni" nnd enthält die Capitula de tempore et de Sanctis, preces in Adv., Quadr. etc., orationes, benedictiones u. dgl.

[2] Diese genannten Hilfsqnellen für die Mnri-Schule werden später nie mehr erwähnt; sie haben wahrscheinlich im Jahr 1531 durch die Berner ihren Untergang gefunden.

[3] Man vergleiche diesen Bücherkatalog mit denen von Pfävers (v. Arx, Gesch. des Kts. St. Gallen, I. 294 ff.) von Engelberg (Versnch einer nrkundl. Darstellung, S. 32) und anderen Klöstern.

oportet semper describere et augere et meliorare et ornare et annotare cum istis, quia vita omnium spiritalium hominum sine libris nichil est.

18. Pfarrkirche St. Goar, ihre Reliquien und Bücher; St. Michaels- und Johannescapelle; Einweihung letzterer durch Gerold von Rinzin, und wieder unter Abt Ronzelin durch Bischof Ulrich II. von Constanz.

De bonis scilicet agris, silvis.

At nos, quia aliquantum substantiam interiorem nostre ecclesie descripsimus, libet etiam exteriorem substantiam, || quam iste sacer locus in prediis assecutus est, intimare; ac primum de aliis ecclesiis, que in isto loco constructe sunt, dicendum est. Ecclesia itaque sancti Goaris constructa est a domino Reginboldo, sicut supra sermo retulit, ob nichil aliud, nisi ut populus ad divinum officium illuc conveniens inquietudinem monachis non prestaret. Cuius ecclesie reliquie he sunt: Reliquie sancti Goaris, sancte Marie, de sancta cruce, de sepulcro Domini, de frustis Domini, Aristei, Gaudencii, Clementis, Felicitatis cum filiis suis, Ambrosii, Ypolliti, Abdon et Sennes, Sinplicii, Faustini et multis aliis, de dalmatica Domini, de virga Aron, de capite sancti Mathei, Adriani, Sebastiani, Fabiani, Georgii, Theodori, de dalmatica Cyriaci, de lapidibus Stephani, Urbani, Mauricii, Ursi, Tyburcii, Gregorii pape, Tyburtii, Valeriani, Digne et Emeritiane, de mensa Domini, quando cenavit cum discipulis, de panibus Domini, quando saturavit V M. hominum, de vestimentis sancti Stephani, Miserie, de stola sancti Desiderii et thurciboldo[1] eius et caligula eius, de manna Domini, de lapide tabularum Moysi, de petra ascensionis Domini, de loco Calvarie, de sepulcro sancte Marie, de presepio Domini, de petra, ubi

Bl. 19 a.

De reliquiis in ecclesia Obrenkilch.

[1] Thurciboldus vel Carciaboldus vel Curtibaldus, vestis species Bituricensibus et Semovicensibus. „Cortiballus“ est tunica brevior seu Dalmatica, quam gestabant Diaconi. (Du Cange, gloss. med. et inf. lat.)

sanctus Johannes decollatus est, et de sangwine eius, de petra, ubi Dominus alapam accepit, et de petra similitudinis eius, de petra Synai, et de sepulcro Domini, et de Calvaria, ubi dominus flagellatus fuit, de sepulcro sancte Marie, de spongia Domini, unde accepit accetum. Sunt et alie multe ibidem reliquie, que breves non habent. | Reliquie autem, que recondite sunt in altaribus, ignorantur, quia breves non inveniuntur. Libri autem, qui ibi sunt, isti sunt: Missalis liber cum leccionibus et ewangeliis, nocturnalis plenus, graduale, psalterium, liber regum, quadraginta omelie, benedictionalis liber, ymnarius, sequencionarius. Capella autem sancti Michahelis constructa esse dicitur a domino Reginboldo. Cuius altaris reliquias ideo non scribimus, quia nusquam breves possumus invenire. Capellam autem sancti Johannis ewangeliste construxit quedam nobilis matrona, nomine Gerhild, sub abbate Uodalrico, qui fecit eam dedicari XII. kalendas maii in honore supradicti sancti Johannis a quodam episcopo, nomine Geroldo de Rinzin, qui erat monachus factus ad Svavinhusen[1]. In quod altare collocate sunt tunc

Bl. 19 b.

De libris, qui sunt in Obrenkilch.

De capella sancti Michahelis.

De capella Johannis.

[1] Dürfen wir nach Chronicon Hermanni contracti (edit. Ussermanni I, 318 et seq.) gehen, so verhält es sich mit Gerold von Rinzin (? Rieze) also: Sein wahrer Name lautete Cuono, er war um das Jahr 1094 Mönch und Priester in Petershausen, wurde Abt in Rheinau (1095—1097; vgl. Freiburg. Diözes. Archiv XII, 257); schlug als solcher einen Knecht so unglücklich im Zorne, dass dieser in wenigen Tagen starb und der Abt die Würde verlor. Er verliess Rheinau, begab sich nach Riez (unbestimmt, welches Land gemeint ist), trat dort trügerisch als Bischof auf, weihte Kirchen, ertheilte die hl. Firmung etc. und verschaffte sich dadurch viel Geld. Endlich bereute er seine Betrügerei, kehrte nach Petershausen zurück und büsste unter der Leitung des Abtes Theoderich. Dieser erwirkte vom Bischof Gebhart III. von Constanz (1084—1110), dass der büssende Cuono die priesterlichen Verrichtungen wieder vornehmen durfte.

Welch ein Kloster „Svavinhusen" (Schaffhausen?) gewesen sei, ist noch ungewiss. Vielleicht ist es Rheinau selbst; denn die Rheinauer Urkunde von 876 enthält den Namen „Svabonva", worunter die Halbinsel Schwaben auf dem badischen rechten Ufer gegenüber Rheinau zu verstehen ist. Möglich wäre auch, dass Cuono wie den Namen, so auch den Ort seiner Herkunft fälschlich angab, zumal in Muri, wo die Mönche leicht seine frühern

reliquie sanctorum, id est eiusdem sancti Johannis, Mauricii, Pancracii, Johannis et Pauli, Sebastiani, Placidi, Sigberti, Eucharii. Sed quia altare male conpositum fuit, sub abbate Roezelino[1] effrigimus[a] ipsum altare et, sicut modo est, collocavimus. Cumque ad reliquias ipsas perveniremus, penitus ex humore terre conputruerunt, ac nichil invenimus, nisi quoddam os; sed pulverem ita, ut invenimus, collegimus ac cum reliquiis sancti Marcii ewangeliste et sancti Nicolai episcopi rursum reposite sunt eadem[b] reliquie in ipsum altare ab Uodalrico[2] episcopo II°. Constantiensi, sub die nono kalendas januarii. Continentur autem in ipso altari, sicut ego ipse vidi et audivi[3], reliquie sancte Dei genitricis Marie, de sepulcro Domini, de sancta cruce, sancti Petri, Pauli, Jacobi, Stephani prothomartiris, Alexandri, Marcelli, Albini, Constantis et Alexandri, Vincencii, Mauricii, Gereonis, Felicis, || Pancracii, Cristoferi, Sebastiani, Valentini, Ypolliti, Pelagii, Gangolfi, Genesii, Apri, Cosme et Damiani, Gregorii pape, Martini, Nicolai, Briccii, Zeonis, Victorini, Severini, Legoncii, Benedicti, Galli, Leonhardi, Juliane, Regule, Fortunate, Gerdrudis, Afre, undecim M. virginum. In capsa autem, que stat super altare, sunt reliquie sancti Martini, Blasii, Vincentii, Victoris et Ursi, Mauricii, Gorgii, Dyonisii, Gregorii pape, Innocentii, Tede[c] virginis. Bl. 20 a.

a. Statt „effregimus". b. Für „eedem". c. Ohne Zweifel für „Tecle" verschrieben.

Lebensverhältnisse hätten erfragen können. Oder erfragten sie selbe wirklich und bewogen ihn, als Büsser nach Petershausen zurückzukehren? Man beachte „a quodam episcopo!" — Einige glauben unter Rinzin (Riez) sei die Landschaft „Ries" im östlichen Wirtemberg und westlichen Baiern, mit den Städten Nördlingen und Dinkelsbühl, gemeint.

[1] Abt in Muri 1119—1145. [2] Bischof von Constanz 1127—1140.

[3] Diese Stelle von „Sed quia" bis „audivi" — bildet den Hauptbeweis für die, welche den ersten Anonymus, den der zweite Anonymus und der Copist (s. Nachwort) wörtlich abschrieben, in der ersten Hälfte des 12. Jahrhunderts leben lassen (Kopp, Vindiciæ, p. 46 sq.; Heer Anonymus denud., p. 64 sq.).

19. Haupt- und Klosterkirche und ihre Besitzungen.

Istud ergo[1] sacrum monasterium, quia, cum ab initio hic fuerit ecclesia edificata, que fuit baptismalis et que habuit sepulturam mortuorum et alia omnia jura, que et alie ecclesie habent, nunquam auditum est vel dictum, ab ullo episcopo vel ab alio principe hoc modo hinc esse ablatum, et ideo oportet esse principalem ecclesiam, que in ipso loco edificata est, ubi et prior edificata fuerat, et que ipsam dotem et omnia alia jura habet, que et prior habuit. Cum ergo constet, istud monasterium esse principalem ecclesiam, penitus et miserabiliter ignorantia obscurati errant, qui dicunt, ecclesiam sancti Goaris esse in isto loco matrem ecclesiam, quia nunquam auditum est, aliquam dotem vel aliud qualecunque jus illi ecclesie esse concessum; sed sicut sepe solent altaria vel ecclesie edificari ad honorem Dei in locis, qui jam matres ecclesias habuerunt, sicut et ista hic edificata est vel ad honorem Dei sive ut populus illuc conveniens ad servitium Dei inquietudinem monachis non facerent. Ergo quia istud altare istius Bl. 20 b. loci principale est altare | istius loci, quisquis isto altari preponitur, sive monachus sive clericus sit, ille etiam debet dotem et decimam et omnia cetera jura ecclesie in sua habere potestate, quia hoc nusquam audivimus, in uno loco esse duas principales ecclesias et duo altaria; quamvis quidam dicant, quod et nos non abnuimus, monachum non debere nec posse sacerdotem esse populi. Ut autem omnis discensio et omnis invidia auferatur, hinc constitutio et ordinatio sanctorum antecessorum nostrorum est firmiter tenenda et stabilienda, ut scilicet clericus semper sit ad ecclesiam sancti Goaris, qui

---

[1] In Rücksicht auf die Urkunde von 1243 (Herrgott, geneal. II, 272), wornach Domherr Albrecht, Graf von Habsburg, die Pfarr-Rechte von Muri beansprnchte, glauben wir, diese Erörterung des Rechtsverhältnisses zwischen der Pfarrkirche Muri nnd dem Kloster als eine Einschaltung des zweiten Anonymus betrachten zu müssen, nämlich von „Istnd ergo" — „Est ergo".

populis presit, quia seculares a secularibus decentius et firmius instruuntur et coercentur, quam a spiritualibus; et ipsi habeant dotem et de decima, quantum illi abbas cum congregatione dederit more aliorum monasteriorum et claustorum, que etiam in ecclesiarum locis constructa sunt et multo ditiora nobis sunt et majorem congregationem habemus[a], et sic omnia menbra sunt in pace. Quod si abbati et congregationi placet, ut in pascha sive in pentecoste baptismus agatur hic, aut in purificatione sancte Marie candele sive in palmis palme benedicantur vel aliquem de parrochia hic sepellire, hoc sine ullius contradictione possunt agere[1]. Dicunt tamen quidam, in dedicatione illius ecclesie duos mansos illuc esse determinatos, quod adhuc manet inperfectum.[2] Est ergo istud monasterium, ut ante dixeramus, mater ecclesia, cuius parochia est iste scilicet locus Mura per totum, deinde Waleswilare, Isenbrechtswile, Geltwil, Butwile, Langenmat, Wile, Hasle, Grute, Althüsern, Arestouw, Birchi, Türmulen. Ecclesie autem ad Arestouw et ad Wa-||lenswil[3] in ista barrochia sunt, quarum dotes et decimas presbiter populi habet; sed illa ad Arestouw non habet decimam. Notus etiam debet esse terminus loci istius, qui libere deputatus est a domina Ita cometissa ad servicium Dei, quam[b] illum primum fundavit; omnis scilicet locus tam cultus quam incultus cum vicis et agris et pratis et silvis et omnibus ad hec pertinentibus, qui est infra terminos vicorum Ottenbach[4] et Meriswanden[4], Walaswile[4], Isenbrechtwile[4], Geltwile[4], Butwile[4], Boswile[4], Waltiswil[4], Hermenswil[4], Rotiswil[4], Stegen[4] et Nidrenlunkof[4] usque in fluvium Rüsa. Villicus autem in

De villis pertinentibus ad parrochiam.

Bl. 21 a.

Ottenbach.

---

a. Für „habent". b. Statt „que".

[1] Ueber die innerhalb der Klöster wohnenden Laien (Gäste und Dienstboten) übte der jeweilige Custos des Conventes pfarrliche Rechte aus (vgl. Muri-Annalen von P. Anselm Weissenb., msc., p. 321).

[2] Bis hieher die Einschaltung des zweiten Anonymus.

[3] Den 31. März 1437 bestätigte der Bischof von Constanz dem Abte Georg Russinger von Muri neuerdings die Rechte dieser Kapelle (erzbisch. Investiturbuch in Freiburg i/Br. de anno 1435—1437, fol. 17. b).

[4] Ottenbach, Pfarrdorf im Kt. Zürich, am rechten Ufer der Reuss;

Werda[1], quamvis infra terminos istos sit, tamen huc nichil plus pertinet, nisi tertia pars. Iste est terminus istius loci, villicus tamen noster nichil plus sub sua cura habet, nisi istum vicum et Isenbrechtswile et Wile et Egga[2].

20. Ordnung der „Familia sacra". Hofrecht.

Hic ergo sacer locus libere ordinatus ac stabiliter firmatus est a suis fundatoribus et auctoribus sive domus ad monachicam vitam, in quo omnes regulares officine[3] haberi et observari debent et possunt, ne sit monachis foris vagandi necessitas. Quod autem hic sunt fratres, qui vocantur exteriores[4], de cella sancti Blasii huc venit, ubi primum talis vita laicorum oriri cepit. Que conswetudo, quia jam ubique ad regularia claustra est, ideo oportet et hic eam esse, ita tamen, ut ipsi sub constitutione et obedientia patris spiritalis suut(!) ac sine invidia et sine dolo et sine aliqua contraversia vivant in cella cum monachis. De conswetudine autem congregandi feminas, que hic jam multis annis viginti[a], nobis est exemplum vita sanctorum patrum, qui et ipsi feminas congregaverunt | ob amorem Dei, quarum mansio et vita ita perfecta debet

De feminis pro existentibus in hoc cenobio. Bl. 21 b.

---

a. Anstatt „viguit".

Merischwand im Kt. Argau, am linken Ufer der Reuss; Walenswil, Filiale der Pfarrei Beinwil; Isenbergswil, Geltwil und Battwil, Dörfer der Pfarrei Muri, westlich; Boswil, Pfrd. nördlich von Muri; Waltenswil, Pfarre, war ehemals eine Filiale von Boswil; Hermetswil, Pfr. am linken Ufer der Reuss, Kt. Argau; Rottenswil-Stegen, Dörflein in der Pfr. Lunkhofen, links der Reuss, Niederlunkhofen, Dorf in der Pfr. Lunkhofen.

[1] Werd, Weiler der Pfr. Lunkhofen am linken Reussufer, zwischen Rottenswil und Althäusern.

[2] Muri-Egg, Dorf der Pfr. Muri, wie auch Wile.

[3] Unter „regulares officine" versteht man die von der Regel des heil. Benedict vorgeschriebenen Brunnen, Mühle, Bäckerei etc., welche innerhalb der Klosterräume sein sollen (vgl. 66. Kap.).

[4] Vgl. oben Bl. 9 a.

esse separata a monachis, ut nulla inter eas possit esse suspicio, sed a solo abbate et prepositus[a], qui eis prelati fuerint, earum vita et religio ordinetur[1]. Servis etiam, qui in cella per officinas morantur et serviunt, magna cura appendi debet a prepositis celle, ut possint cum bona voluntate et disciplina ac fideliter servire fratribus, quia sine victus et vestitus comoditate non possunt servire illis. De quorum vita ac confessione debet etiam abbas procurare aut per semetipsum inplere, ad aut[b] prespiterum illos mittere, ut juste et bene vivere doceantur, ne magnum periculum animabus suis acquirant, dum contra cristianitatem, quod absit, faciunt aut vivunt. Constitutio autem rusticorum, qui huc pertinent, ubicunque manent, una est, que ita se habet. Ubicunque vel quandocunque hic in terra nostra potestate aliquis ab initio faciendus ac constituendus vel justificandus est, illuc debet dari aratrum cum ferramentis et plaustrum cum quatuor bobus, sacofa[c] pregnans cum duobus porciculis anniculis, gallus cum duabus gallinis, quos ipse, qui accipit, debet ipso anno nutrire et reddere, quando et alii dant. Debent etiam dare[d] falx, securis, dolabra et omnia ferramenta, que sunt necessaria et semen omnium generum, id est spelte, avene, lini, rafei[2], pistarum[3], fabarum, milii ceterarumque rerum, et domus et

---

a. Für „preposito". b. Statt „aut ad". c. Statt „scrofa". d Anstatt „dari".

[1] Es waltet die allgemeine Ansicht, das Franenkloster von Hermetswil sei anfänglich nahe beim Männerkloster in Muri gewesen, zumeist wegen der Stiftungsurkunde von Fahr 1130 („sanctimonialium in Murensi cenobio") und es sei erst ca. 1200 nach Hermetswil versetzt worden.

Hermetswil ist 1½ Stunde von Muri entfernt; die dortige Kirche, welche seit ältesten Zeiten pfarrliche Rechte (Taufstein und Begräbniss) hatte (s. unten Bl. 27 a), gehörte vermuthlich zufolge Urkunden 1159, 1179, 1189 (Muri-Urk., Nr. 4, 5, 6) mit einem Hofe daselbst (Bl. 27 a) zur Hauptstiftung des Klosters Muri und ward so von den Päpsten diesem Gotteshause einverleibt.

[2] Rafeum, rapa, französ. rave, Rübensamen oder allerlei Samen.

[3] Für „pistarum" sollte wohl „pissarum" oder „pisarum" stehen, wie die Pariser Ausgabe hat, weil „Erbsen" italienisch pisello, zu den angeführten Feldfrüchten besser dient, als „pistarum", Hütten oder Spuren (Du Cange).

ligna et omnia alia, que sunt necessaria. Boves autem vel sus, si ipso anno moriuntur, alii debent dari. Huobarius autem, Bl. 22 a. qui plenum habet mansum, debet singulis || annis dare IIII maltra de spelta et sex de avena talis mensure, que ad hoc constituta est, que vocatur „fronemen"[1]. Tanta quippe mensura ipsa est, ut de modio Thuregensis mensure cadat una quarta pars. In festivitate sancti Sergii dabunt huobarii, qui extra silvas domos habent, lineum pannum duodecim ulnarum in longum et trium in latum, tunc[a], dico, si datum est eis semen lini; si autem non datum est eis linum, dabunt sex ulnarum in longum et quinque in latum, postquam mensis augustus transierit, quandocunque jussum fuerit; et dabit hobarius V gallinas anno uno, altero quatuor. In festivitate sancti Andree dabit etiam duos porcos, qui tres solidos fronochuste[2] appendant, qui solidi novem solidos monete de Thurego habent. Nummus enim majoris pensionis tres nummos de Thurego consequitur. Si autem a pretio porcorum unus nummus cadit, nichil reddit; si plus decidet, debet reddere. A festivitate etiam sancti Andree usque ad purificationem sancte Marie debet pascere bovem unum vel faccam(!), vel dare tantum feni, quo possit pasci, et ideo modo isti dabant carradam feni. Ex eodem etiam tempore debent hobarii vicissim omni nocte vigilare et dampnum persolvere, si aliquid contigit, in cuius evenerit vigilia. Ipsi autem dari debet dimidius panis et ciatus cervisie. Ter in anno idem, in junio et in autumno et in vere, arabunt quinque juhert singulis vicibus sex virgarum in latum et triginta in longum et ipsa virga habeat novem ulnas in longitudine, et interim non serviunt in ebdo-

---

a. Hier tadelt mit Recht der gelehrte Calmet (Diarium Helvet., p. 28), dass Herrgott (geneal. I., 318) „ducentas" für „tunc" las.

[1] Wohl Verschreibung für „fronemez = Herrenmass?

[2] Das Wort ist von „frôno, vrône (Herr) und „kust" (Art und Weise, Erprobtheit) zusammengesetzt (vgl. Müller-Zarncke, Mittelhochd. Wörterb. I. 826 und III., 426) und bedeutet nach Lexer (Mittelhochd. Handwörterbuch, I., 1802) Herrenschätzung.

meda, nisi unum diem, quem ancilla pro eo potest supplere. Quartam autem araturam provideat prepositus, nisi forte aliquid de priori agricultura super sit; tunc debet ad quartam araturam adjuvare vel, quomodocunque illi jubetur, suum jus inplere. De festivitate autem sancti Johannis usque ad festivitatem sancti Remigii[1] serviunt cottidie, nisi festivis diebus; alio autem tempore serviunt tres dies in ebdomada, nisi per illas sex ebdomadas, quando arabunt, quod ter fit in anno. In autumno vegitant[a] cum plaustris vinum de Alsatia sive Brisgoye aut quocunque ducuntur cis Argentinam civitatem, sive in aliam partem terre ad tantum spatium ducantur; quamvis quidam dicant, quod non debeant ultra Otinspöle[2] ire. Tres autem conponunt unam carradam et adducere (!) quindecim ydrias metrete de Thurego. Unusquisque enim debet ex constitutione quatuor boves prestare et quinque ydrias supradicte mensure adducere, et omnia, que sunt necessaria, ex sua parte dare, nisi naulum. Ad unum quodcunque autem jugum nisi ad ultimum, dant panem, unum tamen, qui illis debet restitui a preposito. In estate autem, id est in majo sive in junio, prestabit mansionarius bovem unum ad vinum adducendum. Et si convenit illis, unum servum adducunt, quem tamen debet abbas ex sua parte pascere et vestire; ad quod iter debet prepositus unicuique bubulcorum dare duas plantas ad calceos faciendos. Debet etiam ter in anno, quocunque dicitur illi, quod est inter || istos duos fluvios, id est Aram et Rüsam, pergere cum plaustro et adducere, que necessaria fuerunt. Adducit etiam ante nativitatem Domini duo plaustra ligni, unum viride et alterum aridum, cum tribus facibus[3] et Bl. 23 a.

---

a. Für „vehant".

[1] Vom 24. Juni bis 1. October.

[2] Dieses „Otinspöle", Ottensbühl, soll nach Mone (Anzeiger 1837, 232) am Eggenbach, welcher das Ober- und Unterelsass scheidet, sich befinden.

[3] Wie hier erscheinen auch im Urbar der Grafen von Kiburg, 1261 bis 1264 angefertigt, „faces" (Archiv für schweizer. Gesch. XII, 152. 156), worunter vielleicht Kienfackeln zu verstehen sind.

ter in anno lectus[a] hospitibus prestabit. A festivitate autem sancti Andree usque ad purificationem sancte Marie, si veniam pro negligentia petit, expectari debet, ut non judicium faciat. Villicus autem debet dare, sicut omnes villici nostri debent, pissem[b] magnum, pretio quinque solidorum, ante natale Domini, quod vocatur visitatio. Ille autem, qui super bannum est, ter in anno centum ova dabit. Rustici autem, qui habent scoposa, serviunt diem unum in ebdomeda, et qui dimidiam, in secunda, vel censum dant et visitant villicum semel in anno. Unusquisque enim dat duas scapulas[1] plenas de carne et duos panes et quartam partem metrete de cervisia; ille autem dat rustico ad prandendum. Constitutio etiam quedam antiquitus observatur, ut abbas prestet, quod ad censum pertinet, et prepositus mansos et villicus alia minora. Anteriores autem nostri nolebant in isto et in aliis propinquis locis multa ponere ad censum.

21. Grundbesitz bei Muri; Handwerke innerhalb der Klostermauern; Wirthschaften; Märkte; Schweighöfe; Maier; Wallenswils Verhältniss zum Kloster und das des Abtes zum Pfarrer von Muri. Das Volk vernimmt das Kirchenrecht in Windisch.

Hinc jam denotamus, in quantum possumus, substantiam exteriorem istius monasterii, quam consecutum est ab illo die, quo dedicatum est, quam contulerunt multi fideles sive qui hic ad conversionem venerunt, vel etiam alii pro redemptione animarum suarum. In isto loco Mura, quocunque sint, sive in vico vel in viculis, qui circumstant, id est Egga, Hasle, Wile, Nidingen[2], Isenbrechtswil, exceptis agris

Mure, Egg, Hasle, Wile, Nidingen, Isenbrechtswil.

a. Für „lectos". b. Für „piscem"; diese Schreibweise wiederholt sich öfters.

[1] Schweinsschinken (Du Cange).

[2] Das heutige Muri-Wei.

et pratis et silvis, que ad nos ex toto, | quod dicunt urbara, Bl. 28 b. vel ad clericum pertinent, continentur XX mansi et quinquaginta septem diurnales et adhuc aliquid plus, si cautius investigietur[a], pleniter ordinati et conpositi cum omnibus appendiciis ad se pertinentibus. Plura enim omisimus conputare, eo quod de nostra parte subtracta sunt et multis displiceat, ut semper sic maneant. Sunt ergo in vico XVI mansi et XVIIII diurnales; in Egga dimidius mansus et XXII diurnales; ad Hasle IIII[or]. diurnales et dimidius; ad Wile dimidius mansus quatuorque diurnales; in Langenmat mansus et tres diurnales; ad Nidingen tres diurnales et dimidius; in Isenbrechtswile duo mansi et duo diurnales. De hiis quibusdam census datur, de quibusdam servitur. Sed qui serviunt, secundum supra scriptam constitutionem serviunt; qui vero et quanti censum dent, postea dicemus. Mansi autem isti sive diurnales multi divisi sunt sive propter utilitatem, se[b] ob multitudinem hominum; ab initio autem non erant sic, sed pariter priusquam monasterium hic fieret. Vicus enim iste pene omnis in principio liberorum hominum fuit, ex quorum etiam progenie adhuc quidam super sunt. Sed cum monachi huc primum venerunt, congregaverunt et acquesierunt[c], quali modo potuerunt, sicut hodie patet. In quo etiam multarum artium periti homines et tunc fuerunt et adhuc sunt, et necesse est, ut semper sint, sive propter necessitatem hominum vel ad honorem loci. Due taberne debent hic esse, una vini, alia cervisie. Mercationes vero omnigenarum rerum sepe hic fuerunt et adhuc poterunt hic fieri. Tria etiam loca armentorum, quorum vocabula || sunt: Itendal, Opispül, Türmulen[1] Bl. 24 a.

Egg. *Wil.* *Langenmat.* *Isenbrechtswil.*

De tabernis.

Schweighöf: Itendal, Uppispül, Türmulen.

---

a. Statt „investigetur". b. Für „seu". c. Statt „acquisierunt".

[1] Drei Höfe in der Pfarrei Muri, Schweig-, Sel- oder Jägerhöfe genannt, welche „von Rechtswegen" (Muri-Offnungen) keinen Vogt hatten; Opispül ein abgegangener Hofname im heutigen Muri-Wei (-Nidingen); Itenthal abgegangener Hofname in Langenmatt. — Schweighof ein Hof, auf dem viel Vieh gehalten und Käse bereitet wird (Lexer, Mittelhochd. Handwörterbuch II, 1353).

sunt hic cum domibus et stabulis et pascnarum locis instructa. Nam antea plures fuerunt; sed jam modo defecerunt. Decimas vero sancte ecclesie, que de parrochia veniunt, partim nos accipimus et partim presbitero populi dimittimus; et habemus villicum super hoc positum, qui has congreget et caute reponat. Nam ut unus villicus sit decime ecclesie et vici, omnis qui secularium mores agnossit(!), scit, quod ad nullam utilitatem aut felicitatem animarum proficiat, cum, quod Deo offertur, non recte tractatur aut custoditur. Decima autem ad Walaswil dicitur deputata esse ecclesie sancti Goaris et adhuc auditum non est, ab ullo abbate unquam ante nos ablatam esse inde, et ideo oportet, ut deinceps illuc dimittatur. De decimis[1] vero, quas clerici antea hic a nostris agris accipiebant, credendi sunt anteriorum[a] nostri, hoc potius pro caritate vel ad solatium vicus[a], quam pro justitia et subditione sanxisse, et in potestate abbatis est, utrum velit alio dare aut sibimet habere. Admonitique sunt amodo omnes, quicunque secesserint huc ad habitandum, ne unquam consentiant, ut clericus curam ab episcopo, sed abbas, accipiat, quia istud monasterium est mater ecclesia et ipse sibi postea adjutorem provideat, quemcunque cum consensu congregationis potuerit invenire, ne postea dicat, se prespiterum et magistrum esse istius loci nosque parrochianos suos. Et ideo cum abbas benedicitur, notam faciat episcopo constitutionem istius loci. Populus autem iste vadit ad condictum episcopi, quo et ceteri eius convicanei vadunt, scilicet ad Windesch[2], ibique eccle- Bl. 24 b. siasticum | jus audiat et judicium sustinebit, sicut constitutum est omni sancte ecclesie. Si autem illuc ab ista ecclesia de decimis ad jus episcopi aliquid persolvi debeat, nunquam audi-

---

a. Für „anteriores" und „victus".

[1] Vgl. oben Acta Bl. 20 a, b.

[2] Windisch am Zusammenfluss der Are und Reuss, jetzt Königsfelden. Hier klingen die Rechte durch, welche dem Vicar in Windisch nach Versetzung des bischöflichen Stuhles nach Constanz blieben (vgl. Lang, Grundriss I, 756).

vimus, sed nec constitutum esse ab episcopo, quando eam primum dedicavit, cognovimus, nec aliquis episcoporum nostrorum inde requisivit, — quamquam nos non negemus, quod IIII°. anno decima episcopi sit —, nisi forte abbas cum voluntate fratrum huc pro caritate eum advocaverit. Quia vero istius sacri loci substantiam sumatim perstrinximus, superest, ut ad alia transeamus. In Butwil habemus duas curtes, — sed tamen melius esset, ut sub uno villico essent, quam sub duobus —, bone et utiles in agris et pratis et silvis; ad quas pertinent, id est serviunt, mansus unus et viginti duo diurnales in ipsa villa positi. Et in Geltwil sex mansi et unus diurnalis, omnes servientes cum eadem constitutione, qua et isti hic in Mure. Quorum prediorum partem habemus de tribus fratribus, quorum duo huc ad conversionem inde venerunt, id est Nöker et Wezel[1]; tertii autem filius nomine Gerlo, et pater eius vocabatur Heinricus, hic nutritus et eruditus[2] et ad prespiterii dignitatem ordinatus est. Alia pars mutuata est de cella sancti Meginradi, et illuc datum est predium, quod habuimus ad Agregia[3]. Quedam etiam pars mutuata est cum monachis de cella sancti Blasii, et illis restituta est cum prediolo ad Sarmenstorf. Quia autem ipsum predium, quod nobis dederunt, tunc erat silva et modo in agrum factum est, cuius pene X jugera sunt, et ideo repetunt illud et dicunt, se nolle tantum dampnum inferre sue ecclesie, alia pars data est huc a comitibus de Hapspurg || vel a ministris eorum. Quidam autem ex ipsis, nomine Buco[4], dedit totum, quod ipse possiderat; ea conditione, ut quamdiu viveret, haberet a nobis prebendam. Sunt et ibi quidam liberi homines, qui de predio suo censum huc persolvunt. Villicus quoque dat pissem magnum, sicut et ceteri. Quod inde adhuc restat, non

Butwil.

Bl. 25 a.

---

[1] Ein Noker erscheint im Nekrol. Hermetisw. am 16. Juni und ein Wecil am 26. Januar.

[2] Schule in Muri.

[3] Ober- und Unterägeri, Pfarrdörfer im Kt. Zug.

[4] Bucco, m. n. c., Necrol. Hermetisv. am 29. December.

pertinet ad nos. Villula autem Geltwil dicitur a sancte memorie Reginboldo, patre nostro, sancto Martino esse acquisita.

22. Guntram in Wolen, und Knechtung dieses Ortes.

Periculosum est, ea scriptura affirmare vel propalare, que cum injustitia et rapina aut violentia congregata aut aquisita sunt, juxta illud propheticum: Ut qui condunt leges iniquas et scribentes injustitiam scripserunt, ut opprimerent in judicio pauperem et vim facerent cause populi mei, ut essent vidue preda eorum et populos diriperent: quod facietis in die visitationis et calamitatis de longe venientes? ad cuius fugietis auxilium et ubi derelinquetis gloriam vestram, ne incurvemini sub vinculo et cum interfectis cadatis? tamen volumus, ut in palam veniant et cognoscant omnes, quicunque volunt hic exspectare diem Domini, que nos simplices et pueros hactenus latuerunt.

Wolen. In Wolen habitavit quondam secularis ac prepotens vir, nomine Guntrannus, habens multas possessiones et ibi et alibi, vicinorumque suorum rebus inhians. Estimantes autem quidam liberi homines, qui ipso vico erant, benignum et clementem illum fore, predia sua sub censu legitimo illi contradederent (!)[a]; ea conditione, ut sub mundiburdio ac defensione Bl. 25 b. illius semper tuti valerent esse. Ille gavisus ac | suspiciens statim ad oppressionem eorum incubuit, cepitque eos primum petitionibus aggredi, deinde libera utens potestate, pene quasi mansionarii sui essent, jussit sibi servire, scilicet in agricultura sua et secando fenum et metendo et in omnibus rebus, quibus voluit, oppressit eos. Cumque illi reclamarent ac vocifarentur (!)[b], objecit illis, quod nichil ex eorum possessione exiret de casulis ipsorum, nisi quod exstirparet predia sua et hortos et quod ipsi inciderent silvas suas, interdixitque illis, qui cis torrentem habitabant, ne ullus infigeret ad incidendum

a. Statt „contradiderunt“. b. Für „vociferarentur“.

silvam suam, nisi qui sibi daret singulis annis duos pullos, unum de domo sua, alium de silva, et qui citra habitarent, unum tantum. Illi non valentes resistere, fecerunt inviti, que jusserat. Interea venit rex ad castrum Solodorum[1], venientesque illuc idem ipsi rustici, vociferari ceperunt de iniqua sua oppressione. Sed in tanta principum multitudine et propter ipsorum quorundam stolida verba non pervenit clamor eorum ad regem. Et cum male illuc venirent, pejus inde redierunt. Sic ergo usus ipse dives eis usque ad mortem suam, dimisitque filie sue, nomine Euffemia, et ipsa item dimisit filio suo Růdolfo hereditatem tam injuste acquisitam.

23. Wolen kommt 1106 an Muri. Hofrechte und Landbau daselbst.

Anno vero M. C. VI. dominice incarnationis precessores nostri, cupientes augmentare possessionem huius sacri loci, emerunt ab ipso Růdolfo omnia, que ibi habuit sive juste aut injuste CC libris argenti ac propterea fregerunt hic calicem aureum pretiosissimis lapidibus || et gemmis ornatum et duas argenteas cruces, quas cometissa Richenza de Lentzburg, soror comitis Wernharii de Habspurg, huc tradidit, ac vendiderunt multa predia satis utilia ac spoliaverunt nuda- Bl. 26 a.

---

[1] Da Wolen 1106 durch Rudolf, einen Grosssohn des eben genannten Guntramns, an Muri kam, so dürfen wir über das Jahr 1016 kaum hinaufgehen, um sagen zu können, wann die Bauern von Wolen von diesem Jahr bis um das Jahr 1050 in Solothurn einen König hätten finden können. Möglicher Weise waren in Solothurn: a) König Rudolf III. von Burgund, da er 1016 nach Strassburg und 1018 nach Mainz zog, b) Kaiser Heinrich II. im Jahr 1018, da er mit einer Armee bis an die Rhone zog; gewiss waren in Solothurn: a) Kaiser Konrad II. im Jahr 1038, als er einen Reichstag hielt und der längst eingerissenen Recht- und Gesetzlosigkeit abhalf (Jahn Alb., Gesch. der Burgundionen, II., S. 485—487), b) Heinrich III. den 23. Januar 1045 nach Besiegung zweier störrischer Grafen (Reginold von Hochburgund und Gerold von Genf) und wahrscheinlich den 1./4. Juni 1051 (Herrgott, Geneal. II, 115, 123).

veruntque monasterium pene omni substantia sua sive intus sive extra. Hic ergo penset unusquisque aput semetipsum, quid utilitatis aut felicitatis anime sue et corpori provenire possit de tam non recte acquisita substantia, dum unusquisque hoc solum attendere debeat, ne ita corpus nutriat, ut animam perdat, cogitetque, quid prosit, si latro rapiat et monachus comedat. Sed nunc, utrum recte aut non recte acquisita sit, quantam substantiam in ipso vico possideamus, breviculus[a] pandit. Habentur ergo ibi due curtes, superior et inferior[1]; sed ad superiorem pertinet tantum de agris, si recte coli debet, quod duobus aratris bubum sufficiat, similiter ad inferiorem; de feno autem, quod de XXX et duobus pratis venit. Rustici vero, qui habent diurnales XX et duo, sunt alii servientes, alii censum dantes. Cetera omnia, que ibi habemus, censum persolvunt. Predictorum autem liberorum hominum constitutio talis est: Quicunque habent domos et atria, ipsi tautum persolvunt censum; nam faciant de agris et pratis, quodcuuque velit[b], vendat[b] et det[b], cuicunque placet, tantum conpari suo; nemo tamen persolvit census, nisi qui domos habent. Ita vero intricata est ratio census, ut vix aliquis possit se inde expedire, sicut omne, quod ex malo et avaritia oritur, solet Bl. 26 b. esse. Quedam mensura spelte, id est dimidius | modius et aliquid plus Thurricine mensure, inposita est illis, quam quidam ex integro dant, quidam dimidiam, alius quartam partem, et alius bis vel ter vel etiam sexies et fundum verso vase et inpleat suum jus. Et ista diversitas fit inde, cum aliqua hereditas dimittitur et heredes conponunt inter se hereditatem. Quantum enim hereditatis unusquisque possidet, tantum dat et census, et quantum census dat, tantum et arat et secat fenum et metit sepitque et pullos dat et lini resticulas[2]. Cum

---

a. Rodel. b. Sollte wohl heissen: „velint", „vendant" und „dent".

[1] Diese zwei Höfe von Wolen, wovon einer ein Dinghof war, erscheinen in spätern Rodeln und Urbarien öfters (vgl. Rotulus von 1380, Staatsarchiv Arau, Abth. Muri).

[2] Gehechelter, zum Spinnen bereiteter und in ein kleines Bund derb zusammengedrehter Flachs (die „Reiste").

cellarium nostrum mustum inportare, sextam autem siculam[1] sibi habere. Que sicule signate debent esse ad constitutam mensuram, et custodes po || nantur in montibus et vineis et viis et in cellario, qui caute portantes custodiant. Cumque hoc expleverit, rusticus vadit domum et reportat ad villicum duos panes et quartam partem ydrie de vino et duo immi de avena sive de ordeo. Unde igitur tanta utilitas et talis honor debet provenire, ibi necesse est, ut probus ac cautus et providus magister sive villicus constituatur, qui sciat et velit talem curtem regere et custodire. Vicus autem ipse ad Böllichon[2] ipse primitus fuit, ut dicunt, cuiusdam matrone nobilis, nomine Berklint, de qua fundatores huius sacri loci acquisierunt hoc, quod modo nos ibi habemus; et dicebatur tunc stabuli curtis, quia et ipsius prepotentis mulieris stabulum fuit et bannus totius vici in illam introibat. Per multos vicos, qui prope sunt, nemo audebat thaurum vel verrem sive arietem, quod dicitur „ram“[3], habere, et quocunque introibant vel exiebant in ortum vel in segetem, nullus ausus est ledere vel includere, omnisque vicus in illam refugium habebat, sicut in ecclesiam. Sicut autem hoc primitus fiebat ex potestate, ita et nunc debet fieri de spe bonitatis et sanctitate sancti Martini. Nomina autem partium non est necesse, ut scribantur, sed hoc solum, quod vocatur sancti Blasii, quod ideo dicitur, quia illuc mutuatum est de Wetilbrunnen[4]. In Seveld habemus duo prata et ad Holzikon[5] unum. Similiter in Mülheim unum, in Sliengen[6] pene duos diurnales et de vitibus minus quam tria „Manwerk“. Quod predium adepti

Bl. 35 a.

Sefeld.

Sliengen.

---

[1] Sicula (sicla) für situla oder siculus, ein Flüssigkeitsmass (s. Herrgott, Gen. dipl. III., Index IV.).

[2] Bad. Dorf Bellingen am Rhein unterhalb Basel.

[3] Ram, Widder (Lexer, Mittelhochd. Hdwb. II, 335).

[4] Wettelbrunnen, bad. Pfarrei im Breisgau, A. Staufen, gehörte dem Kloster St. Blasien im Schwarzwald; Seefelden, bad. Pfarrei im Breisgau, A. Müllheim.

[5] Holz, bad. Dorf im Breisgau, A. Kandern.

[6] Schliengen, Pfrd. im Breisgau, A. Müllheim.

sumus cum predio, quod habuimus ad Rota[1], quod Růdolfus Bl. 35 b. quidam | liber homo cum uxore sua Mechthilt contulerat sancto Martino; nos autem mutuavimus illud cum servis sancti Leodogarii, quia ipsi hoc primum rogaverunt. Unde nemo perturbetur, nec aliquam contradictionem excogitet, quia legaliter et juste factum est ita, ut advocatus illius ecclesie, comes Wernherus[2], huc illorum traderet et contra noster *Rotweil.* advocatus Adelbertus[2] istud illuc tribueret. In Rotwil castro, quod est juxta Friburg, habemus tantum in agris et pratis et silvis, quod sex boves possunt excolere, et adhuc duos mansos. De vitibus autem, sive quod nos plantavimus vel plantatas invenimus, quando primum possedimus, quod ad decem pondera vini pertingit ad nostram mensuram. Rustici autem, qui habent mansos, singula pondera dabunt sue mensure. Predictus vero Berinherus[3] dedit nobis ibidem bonam vineam, pene ad tria jugera conputatam. Hoc ergo predium necesse est, ut firmiter custodiatur, quia cum maximo labore huc acquisitum est. Comitis quippe Adelbercti primum fuit et concessit nobis in pignus pro L talentis, Basilee monete, *Göslikon.* et supposuit predium suum, quod habuit ad Göslikon[4], ut si ipse in vita sua non redimeret, sanctus Martinus in perpetuum utraque possideret. Nos autem alacres vendimus alia bona predia, et ob hanc necessitatem accepimus ad conversionem duas sorores, scilicet Trütilam et Gůtam[5], ut acquireremus argentum, anno dominice incarnationis MCXXVIII

[1] Vermuthlich ein abgegangener Name im Breisgau.

[2] Grafen Werner II. und Adelbert II. (vgl. oben Beleuchtung I).

[3] Vgl oben Bl. 34 a: Berinherus de Rotwile. Berinher gehörte glaublich zu dem zäringenschen Dienstmannengeschlechte, das in Ober und Niederrotweil bei Breisach seinen Sitz hatte; denn es erscheint im Rotulus Sanpetrinus (Leichtlen, Zäringer, 72) als zum domus ducis Cuonradi gehörig ein Gotefridus de Rotwila. — Rotweil (Rotwyle), Schloss im Breisgau, nicht ferne von Freiburg. (Mittheilg. von Fr. Zell, erzb. Archivar).

[4] Göslikon, Pfarrei im Bez. Bremgarten, Kt. Argau.

[5] Truitela erscheint im Herm. Nekrol. am 17. März und eine Góta am 19. April.

sub abbate Rözelino. Predium autem ipsum devastatum fuit tunc ab inimicis ipsius comitis ita, ut nec gasam[1], nec vites, nec alicuius incolatus || solatium in eo inveniremus, nisi solam terram. Postea vero, cum isdem comes obisset post annos XII, et nos ipsum predium cum magno labore ad bonam utilitatem factum uteremur, nepos eiusdem Wernharius[2] comes voluit vi auferre et nullo modo potuimus retinere illud, nisi dimitteremus nostra L talenta cum predio ad Göslikon et cum XVIII mansis in Schafhusen[3], quos simul tradiderat sancto Martino predictus Adelbertus. In Acharlon[4] habemus duos agros; uxor Adelbercti[5] comitis, nomine Judenta, dedit sancto Martino. Ad Muschon[6] VI mansos, quos utrum illi auferat, an dimittat, incertum est. Vicus, qui vocatur Rufach[7] in Alsatia, totus pertinet ad sanctam Mariam in Argentina civitate, sicut pene et omnis ipsa regio. Inde cum quidam viri et femine huc ad conversionem venissent, usum patrimonii sui aliis convicaneis suis comendaverunt, sicut mos exigit ipsius provincie, quatinus hic de eo solatium vite haberent, ubi sepe habuimus unum de exterioribus fratribus nostris, qui excolet[a] ipsa patrimonia et provideat, ut illi, quorum fuit, de eo hic certius habeant habitare. Nomina autem virorum vel feminarum, qui inde venerunt, ista sunt:

Bl. 36 a.

Schafhusen.

a. Für „excolat".

[1] Gasa = casa, tugurium, ædificium rusticum (Du Cange); auch Dr. Lexer (Mittelhochd. Handwb. I, 1525) versteht unter Kåse eine Hütte.

[2] Wernher III., Sohn des 1111 ermordeten Grafen Otto (vgl. oben Beleuchtung I, Nr. 11).

[3] Nach dem Texte müssen wir das Schafhusen, gelegen in dem Kirchspiel zu Staufen bei Lenzburg, Kt. Argau, verstehen (Argovia III, 289—302).

[4] Acharlon, unbestimmt, vielleicht das Pfarrdorf Achkarren, A. Breisach; Neugart (Episcop. Constant. I, proleg. XIX) erwähnt es 793 unter dem Namen Acheimer marcha; oder ist es Anggen, parit. Gemeinde im A. Müllheim?

[5] Graf Adelbert II, † ca. 1141 (vgl. oben Beleuchtung I, Nr. 11).

[6] Vielleicht Mauchen, Filiale der Pfarrei Steinenstadt, A. Müllheim (Mitth. von Frz Zell).

[7] Ruffach, Pfarrdorf im Oberelsass.

Walke, Einhart, Nopili, Dietrich; femine autem hee fuerunt: Tietilla, Truta, Sulphicia, Hedwig, Mechtild, Berkta, Wendelmůt.[1] Isti sunt autem viri, quibus comendatum modo est; nam quibus primum comendatum fuerat, vita excesserunt: Růdolfus, filius Emichonis, Wolfhelm, filius Nantwigi, Welf, Egino, Waltherus, Gebino, Ortliep, VII. Quanta autem substantia ipsa sit in vitibus | et agris et pratis dicemus: Due domus et due curtes et XLVI partes in vitibus, que ibi vocantur „skaza"[2], et est quinta pars illius, que dicitur „manwerk", et XXXVII jugera in agris et duo prata, et ad Pfaffenheim[3] XIIII skaza. Nunc ergo, sicut nos substantiam istius sancte ecclesie, que vel ante nos vel nostris temporibus huc collata est, descripsimus, sic faciant et illi, qui post nos veniant.

Bl. 36 b.

31. Vergabung der St. Martinskapelle in Boswil an Muri. Einkommen in Stallikon und Rüti.

Notum omnibus sit presentibus et futuris, quia factus sermo, venerabili episcopo Hermanno[4] Constantiensi et abbate venerando Chŏnone[5] presentibus et aliis spiritalibus viris, tam clericis quam laycis, in quo decretum est in ipsa consecrationis die ab ipso episcopo, ut quandocunque plebanus, scilicet Hupoldus[6], novissimum clauserit diem, superior capella in Boswil[7] tam firmiter ac stabiliter in potestate huius cenobii sit, ut nec ipse, qui sacerdos futurus est hic,

[1] Vgl. Nekrol. Hermetisw., (Noplin) am 7. Mai, (Wendilmůt) am 13. Juni u. s. w.

[2] Schatz, ein Weinbergsmass, s. Lexer II, 675.

[3] Pfaffenheim, Pfarrei, zwei Stunden von Kolmar entfernt, in Oberelsass.

[4] Hermann I., Bischof von Constanz 1138 bis September oder November 1166.

[5] Abt von Muri bis 1166.

[6] Vergl. Nekrol. Herm., am 21. Januar.

[7] St. Martinskapelle in der Pfarrei Boswil.

nec alius omnino ullam potestatem habeat, ut inpleatur hec conditio, pro qua tradita est prius in altare sancti Martini ab comite Ottone[1], patre Wernheri, comitis de Habspurg.

In Stallikon[2] quartam partem in decimis, et in alia quarta parte octavam decimam partem. *Stallikon.*

Census de predio in Rüti[3], qui pertinet ad aniversarium domini Heinrici de Arestŏw[4], tres modii tritici et tres siliginis, et due avene, et duo modii fabe et porcus pretii X solidorum et de manso ipsius tres modii spelte et II avene et quatuor scapule. *Rüti.*

32. Drittes Güterverzeichniss. Der Mönch Konrad, Kellner, erwirbt dem Kloster mehrere Zinsen und Güter in der Nähe des Klosters und am Zugersee. Ankauf des Horwenhofes auf dem Lindenberge. Capitelsbeschluss.

Bl. 37 a.

Ea, que gesta sunt a Chŭnrado[5] monacho, monasterii huius cellerario, tam in emptione prediorum quam in requisitione venditorum seu aliis quibusque structuris, stilo presenti posteris intimamus. Obtulit ergo in initio conversionis sue maximum librum missalem, quem habemus, duos calices deauratos, que usque in presens in ministerio Domini cuncta parent, nec non et brachium sancti Martini, Treverorum[6] archiepiscopi, caputque sancti Johannis Baptiste. Cum licentia domini Anshelmi[7], tunc temporis abbatis, construxit . . ?[8]

---

[1] Otto II., Vater des Grafen Wernher III; wäre Otto I. gemeint, so würde die nachträgliche Beurkundung der Vergabung fast 100 Jahre später geschehen sein.

[2] Stallikon, zürcher. Pfarrdorf am Albis.

[3] Wird das zu Merenschwand gehörige Unterrüti bei Birri gemeint sein.

[4] Heinrich von Aristau erscheint 1153 (Neugart, Ep. Const. I, 61).

[5] Chunrad (im Nekrol. Herm. sind mehr als sieben monachi mit diesem Namen) soll 1193 gestorben sein (Heer, Anonymus dennd., S. 55).

[6] Martin, Erzbischof von Trier, Märtyrer, † um das Jahr 210 (Bol. IV, 582).

[7] Anshelm, Abt von Muri 1177 bis ca. 1195 (vgl. Urk. vom Jahr 1203, 28. Januar; Archiv Engelberg).

[8] Die Bauten selbst blieben in der Feder des Schreibenden.

Hec sunt autem predia, que monasteria(!)[a] coeunt, que nec ab aliqua suspecta persona, extra quod statuit, ordinentur, quatinus inconvulsa permaneant, inperavit. Triginta ergo talentis predium in Berchtiswil[1] emit; ea condicione, quatenus XXIII solidi, qui a predio nostro Werde[2] annuatim solvuntur, in festo sancti Johannis Baptiste cellarario dentur, ipsosque in ministerium fratrum in feria tertia, que vulgo carnivore[3] dicitur, expendat, et missa pro fidelibus defunctis cum pulsacione campanarum publice cantetur, ut dum corpora carnaliter reficiuntur, anime ex gratiarum actione de pena refrigerentur. Emit quoque predium in loco, qui dicitur ad Paludem, pro novem talentis, a quo XXXII solidi in festo sancti Thome apostoli persolvuntur, quos anniversario suo, jubente domino Anshelmo abbate, deputavit. Insuper et predium in Horwen[4], quod situm est super Wigwil, XXX talentis emit, cuius pars X solidos in festo sancti Martini persolvit, quos fratribus expen- | dendos in domum infirmorum decrevit. Insuper et monasterium XVI jugera eo loco possidet hic; si armentum non ibi fuerit, prout abbati placuerit, cellarario expendenda reddantur. Predicti[5] ergo predii Horwen partem ab Uolrico pro XI talentis emit partemque a Cůnrado et fratre eius Arnoldo pro X talentis, jugera duo a vidua pro XX duobus solidis acquisivit. A Richwino preterea conquisivit et aliud predium Wigwile, a quo dantur nobis XIIII solidi, VII in nativitate Domini, VII in nativitate sancti Johannis Baptiste, quos constituit fratribus dare in festo sancti Goaris. Juger unum pro talento a Berchtoldo, jugera duo pro tribus talentis, jugera iterum duo a Heinrico et Uodalrico pro

Horwen. *Bl. 37 b.* *Horwen.*

---

a. Für „monasterio"?

[1] Bächtwil, Dorf in der Pfarrei Risch, Kt. Zug.

[2] Werd, Dörflein an der Reuss, Pfarrei Lunkhofen, Bez. Muri.

[3] Carnivora (franz. Mardy gras), quo die vorantur et consumuntur reliquiæ carnis (Fastnachtdienstag). Du Cange.

[4] Horwen, Hof auf dem Lindenberg, Pfarrei Beinwil, Bez. Muri; Wiggwil, Dorf in gleicher Pfarrei.

[5] Folgende Aufzeichnung mit Angabe der Zeugen hat den Charakter eines Traditionsactes (Ficker, Beitr. zur Urkundenlehre I, S. 88).

XV talentis emit, a Dietrico jugera vero pro tribus talentis et X solidis. Et hec liberaliter Deo beatoque Martino tradita sunt, ita ut nulli heredum suorum liceat ea distrahere monasterio. Gesta sunt autem ea coram stantibus nobilibus Gerhardo, Adelberchto et Ludwico cunctisque concivibus eorum. Silvam quoque super Butwil[a] claustrum pro XIII talentis tradiderat; ipsam etiam requisivit. Decernimus[1] igitur, quatenus nulli prepositorum, cellerariorum, aliarum venerabilium personarum liceat ea alterare, extra quam statuta sunt. De Birchwil[2] census quatuor fratres decem et octo solidos et quatuor denarios. Item quatuordecim solidos et duos denarios. Item sine duobus denariis tres solidos et talentum. Item sine quatuor denariis X solidos. Item in eadem villa ad cellerarium XXXII solidos, || quem censum constituit Cůnradus cellararius in anniversarium suum. Item de eadem villa sex solidos ad ministerium murorum. Ibidem de Bintzrein[3] XV solidos et XXX pisses. Census de Waltrat[3] Cůnradus decem et octo solidos. Item ibidem XII solidos et XX pisses. Item alius VI solidos. Item alius X solidos et XX pisses. Item Fridricus et sui participes XVI solidos, XX pisses. Item piscatores nostri XII solidos et XX pisses. Item de eodem predio Gangoltswile talentum. Census de Gangoltswile de uno predio C pisses scopose[4]. Item de Gangoltswile de duobus prediis C pisces, C in majo et C in nativitate.

Birchwil. Bl. 38 a. *Binsrein.* *Gangoltswile.*

---

a. „Silvam super Butwil" ist mit blasser Dinte (wohl von erster Hand) auf den Rand geschrieben.

[1] Capitelsbeschluss von Muri.

[2] Birrwil, protest. Pfarrei, Bez. Kulm, Kt. Argau.

[3] Binzrein, abgegangener Name von Höfen in Cham oder Risch, Kt. Zug, (?) Binzmühle; Waltrat, abgegangener Name eines Hofes daselbst, mit Binzrein zum Muri-Dinghof Gangolfswil (am Zugersee) gehörend.

[4] Scopoza, scopossa (deutsch schuopoze), ca. der vierte Theil einer Hube, welch letztere bei 48 Juchart Acker- und Wiesenland hatte (Lexer, Mittelhochd. Hdw. II., 824, 825).

33. Graf Adelbert tauscht seine Hube in Waltenswil mit Muri-Gütern aus, und gibt von einem andern Gute daselbst zwei Mütt Weizen für Oblaten in die Kirchen des Landes.

Waltes-wil.

Notum sit omnibus tam futuris, quam presentibus, quod ego Adelberctus[1] comes accepi unam hûbam in predio meo Walteswil[2], persolventem annuatim in censum sextum decimum dimidium modium avene et siliginis aridi et in festivitate sancti Thome III solidos ad visitationem, et dedi sancto Martino ad Mure in mutationem pro predio, quod claustrum adhuc in Vitarmis Rûti[3], cum quo inbeneficiavi dominum Wernherum de Willisöw. Accepi iterum in Waltiswil in predio meo duo diurnales, persolventes in censum duos modios tritici, et dedi sancto Martino, ut ex ipso tritico fiant oblate ad divinorum misteria peragenda et dentur omnibus ecclesiis in provincia, ut in omnibus illis ecclesiis fiat memoria patris mei et omnium parentum meorum.

Zwischen dem Texte und dem Index liess der Copist zwei Seiten leer. Diesen Raum wollte P. Joh. Caspar Winterlin für Eintragung des Ankaufes der Kirche von Beinwil und ihrer Einkünfte benützen; schrieb aber nur folgende Worte: „Anno M.DCXIIII. 5. Nov. tam sæculare quam spirituale in Benwill nostrum monasterium . . . .“

---

[1] Graf Adelbert III. von Habsburg, Sohn des ca. 1163 verstorbenen Grafen Wernher. Dieser Adelbert handelt zuerst 1153, starb den 25. November 1199, war seit dem Tode seines Vaters Kastvogt in Muri und verehrte diesem Stifte ein Reliquien- (nicht Jagd-)Horn, das seit 1702 (Archiv Muri-Gries) in der k. k. Schatzkammer in Wien ist (nicht in der Kantonsbibliothek Arau, wo nur ein Facsimile).

[2] Waltenswil, Pfarrei im Bez. Muri.

[3] Vitarmis-Rüti, unbekannt; Willisau, Stadt im Kt. Luzern.

V. Gedrängter Index des Anonymus.

a. „rerum" blieb in der Feder des Schreibenden.

Arau, Muri-Handschrift in der Kantonsbibliothek. — Abdrücke der Acta Murensia u. A. werden wir im Nachworte erwähnen.

Beigaben zu den Acta.

I. Erweiterter Index.

II. Pröpste, Prioren und Aebte von Muri bis 1410.

a. Pröpste und Prioren[1].

1. Reginboldus I. Propst, von Einsideln kommend, ca. 1032—1055.
2. Burkardus, II. Propst, von Einsideln, 1055—1065; I. Abt 1065—1073.

---

[1] Einsideln hatte Pröpste; man denke an die Pröpste von Fahr, das seit seiner Stiftung nach Einsideln gehörte. Hingegen Clugny-Hirschau's Satzung nannte die Vorsteher der Klöster, welche nicht Abteien waren, „Prioren".

3. Wenelo, Quasi-Prior oder Administrator. 1073—1075.
4. Ulrich, aus Disentis, Abteiverweser, 1075—1081.
5. Rupert, Prior aus St. Blasien, 1081—1085; III. Abt 1097—1109.

b. Aebte.

1. Burkardus, 1065—1073.
2. Luitfridus, aus St. Blasien, 1085—1096.
3. Rupertus, aus St. Blasien, 1097—1109.
4. Ulricus I., 1110—1119.
5. Ronzelinus, 1119—1145.
6. Huno, 1145—? 1150.
7. Chuno, aus St. Blasien, 1150—1166.
8. Waltherus I., 1166—? 1177.
9. Anselmus, 1177—? 1195.
10. Manegold, 1195—1198.
11. Rudolfus I. Jagemunt, 1198 – ? 1205.
12. Rudolf II., 1205—? 1208.
13. Wernherus, 1208—1210.
14. Petrus (venerabilis), 1210—1222.
15. Arnoldus, 1222—1240.
16. Hartmannus, 1240—1243.
17. Rudigerus von Luternau, 1243—1249.
18. Waltherus II., 1249—1261.
19. Heinricus I. von Remingen (? Castel), 1261—1284.
20. Albertus oder Adalbertus I., 1284—? 1298.
21. Rudolfus III. von Bossikon, 1298—? 1309.
22. Heinricus II. von Schönenwerd, 1309—1333.
23. Lütoldus Schaler, aus St. Blasien, 1333—1342.
24. Cunradus I., Krieg, 1342—1359.
25. Heinricus III., von Eschenz, 1359—1380.
26. Cunradus II. Brunner, 1380—1410.

B.

Urkunden und Briefe.

1.

Bischof Wernher's letzwillige Verordnung bezüglich des von ihm zu Muri, im Gau Argau, in der Grafschaft Rore, erbauten und dem heil. Martin geweihten Klosters.

1027.

Ne qua ingeniorum pervicatia, quę ordinavimus, pervertantur vel transeuntibus etatibus oblivioni tradantur, presenti testamento tam presentium, quam succedentium generationum memorię commendamus, qualiter ego Wernherus[1], Strasburgensis, episcopus, || et castri, quod dicitur Habesbur[2], fundator, monasterium in patrimonio meo in loco, qui Mure dicitur, in pago Argoia, in comitatu Rore, in honore sanctę et individuę trinitatis et sanctę Dei genitricis MARIE omniumque || sanctorum construxi, quod titulo beati MARTINI episcopi in perpetuum dicavi, cui predia, quę hereditario jure michi contigerant, per manum germani fratris mei Lancelini[3], qui utpote militię cingulo preditus defensor patrimonii mei extiterat, cum legitima possessione villarum, familiarum, agrorum, silvarum, pratorum, montium omniumque appenditium contradidi. Statuimus etiam, ut fratres inibi sub monachica vita secundum regulam beati Benedicti

degentes abbatem sibi libera electione sive de sua, sive de alia con gregatione prestituant. Quod si in eligendo quandoque, quod Deus abnuat, fratres discordes fuerint, pars sanioris consilii quem elegerit, una- || nimiter omnes obtineant, qui non superfluitate vel morum improbitate seu tyrannica dominatione dissipare, sed provida ordinatione et industri sagacitate res monasterii ut fidelis dispensator studeat disponere, nec cuiquam in beneficium, sed pro legitimo reditu prestare presumat. Ipse autem abbas communicato fratrum consilio advocatum de mea posteritate, quę prefato castro Habesburch dominetur, qui major natu fuerit, tali conditione eligat, ut si quas oppressiones intolerabiles monasterio intulerit, et inde secundo et tercio commonitus incorrigibilis extiterit, eo abjecto alius de eadem progenie, qui in eodem sit castro Habesburch, sine contradictione subrogetur. Hoc adjecto, ut si masculinus sexus in nostra generatione defecerit, mulier ejusdem generis, quę eidem castro Habesburch hereditario jure presideat, advocatiam a manu abbatis suscipiat, quam advocatiam neque a rege neque ab alia persona, nisi a solo abbate, cuiquam suscipere liceat. Et si quis aliter ad eam accesserit, ipsa, quam illicite usurpaverat, omnimodis privetur. Porro nec ipse abbas eandem advocatiam ut beneficium, sed ut quandam commendationem et monasterii tuitionem cuiquam committat. Sed nec ipse, qui prestitus fuerit advocatus, quicquam de rebus monasterii sive in fundis sive in mancipiis sive de ipsa advocatia cuiquam prestare audeat. Ad ampliorem etiam eiusdem monasterii honorem et utilitatem perpetua lege sanctimus, ut si quis de nostris ministerialibus cuiusque sexus quicquam de rebus suis sive in agris sive in mancipiis sanus vel in egritudine positus illuc dare voluerit, sine manu, sine respectu Domini sui, sine cuiuslibet personę reclamatione, libera hoc faciat facultate, et quod tradiderit, postmodum nec dominus vel conjunx aut filius aut filia aut quisquam aliquo modo abalienare presumat. Minor autem familia eiusdem monasterii et familia dominorum, qui castro Habesburch president, eodem jure ac eadem lege et sua teneant et pensum servitutis reddant. Si quis demum huic nostrę conscriptioni aliqua temeritate contraire nisus fuerit, eum vinculo anathematis innodatum usque ad condignam satisfactionem pontificali auctoritate damnamus. Sigilli quoque nostri impressione hanc cartam, ut, quod continet, ratum permaneat, signamus. Anno.[a] ab. incarnatione. Domini. mille-

simo. vigesimo. septimo. indictione. decima. regnante. Conrado. inperatore. augusto. scripta. sunt. hec.

(R)

a. In Majuskelschrift gegeben.

Muri-Archiv in Arau. — Abdruck: Aegid Tschudi, Chronicon I, 9—10. — Guillimannus, Habsburgiaca, ed. Tigur. p. 44, 45. — Dominic. Tschudi, Origines, ed. 1651, p. 8—13. — Herrg., Geneal. II, 107—108. — Murus et Antem. II, 3—6, (deutsch) 6—9. — La Guille, hist. Alsat., prob., p. 27. — Eccard, Orig. familiæ babsburgo-austriacæ, p. 242. — Kurz und Weissenbach, Beitr. I, 2—4. — Gallia christiana V, 511. — Kopp, Vindiciæ Actorum Mur, p. 216—219. — Geschichtsfrd. XXVII, 258—259. — Regest: v. Lichnowsky, Geschichte des Hauses Habsburg I, Nr. 1. — Bœhmer, Ergänzungsheft und Regesten, Nr. 456. — Schweiz. Urk.-Reg., Nr. 1289.

[1] Bischof Wernher's Tod erfolgte am 28. October 1028 in Constantinopel, wohin er in einer Angelegenheit Kaiser Konrad's II. reiste.

[2] Habsburg, das bekannte Stammschloss des gräflichen Hauses Habsburg, im Kt. Argau, bei Brugg.

[3] Ueber Lanzelin s. oben „Habsburgische Stammtafel", Nr. 2, S. 6.

Die Urkunde ist ohne Störung des Textes an mehreren Orten durchlöchert, ihrer Form nach richtig, das Pergament fein, die Schrift, sogen. Mönchsschrift, zierlich und kräftig. Vom Sigel, das an roth-seidener Schnur hieng und nicht aufgedrückt war, sind nur wenige Wachsstücke noch zu sehen. Das in einen unvollendeten Kreis gestellte Recognitionszeichen ist unten rechts der Urkunde. Für den Kreis gewährte das etwas gefalzte Pergament zu wenig Raum.

Nach allgemeinem Urtheile der Kenner der Paläographie (für dessen Einholen bin ich Dr. Baumann sehr dankbar) kann die Urkunde nicht, wie sie aussagt, vom Jahr 1027 stammen; denn die Schrift weist offenbar auf die Jahre 1100 1114 hin. Wahrscheinlich wurde sie in Muri 1114 angefertigt, um als Vorlage für den zu erbittenden Schutzbrief von Heinrich IV. (V.) der königlichen Kanzlei in Basel dienen zu können. Ob es aber eine Copie sei oder ein selbstständiges, aus vorhandenen Aufzeichnungen hervorgegangenes Original, ist schwer zu entscheiden; denn auch letzteres kann recht wohl der Fall sein. Die Zahl der nachträglichen Beurkundungen ist nach Ficker aus damaliger Zeit häufig (Beiträge zur Urkundenlehre 1, S. 140). Eine ächte Urkunde hätte man schwerlich copirt; denn eine solche würde man einfach der k. Kanzlei vorgelegt haben, sie wäre denn wegen Verletzung nicht vorlegbar gewesen. — Gegen die Annahme einer Copie spricht das Recognitionszeichen der Urkunde, obgleich der Copist auch das hätte herübernehmen können. An die „charta libertatis" (Acta, Bl. 8 a, b) dürfen wir nicht denken, weil deren Inhalt (Aufzählung der Güter) ein anderer war. Indem wir uns mehr einer nachträglichen Beurkundung zuneigen, glauben wir doch annehmen zu müssen, selbe sei nach vorliegenden schriftlichen Aufzeichnungen Bischof Wernher's von Strassburg gemacht worden; denn ohne Grund sind dem Actenstücke in Majuskelschrift die

Worte: „Anno ab incarnatione (1027) ... scripta sunt hec", gewiss nicht beigegeben worden. — Das Sigel wurde ohne Zweifel viel später angehängt; denn im Jahr 1114 wäre es aufgedrückt und nicht angehängt worden.

An eine dolose Fälschung ist hier nicht zu denken. Muri wollte eben den Inhalt der Urkunde, um ihn zu sichern, vom König 1114 bestätigen lassen, und brachte ihn desshalb theils aus schriftlichen Aufzeichnungen, theils aus mündlicher Ueberlieferung für die k. Kanzlei zu Pergament. Wie aber von dieser kein Protest dagegen erhoben wurde, so auch später von der päpstlichen Curie nicht; denn für die Bestätigungsbulle des Papstes Innocenz II. (13. April 1139) diente sie offenbar als Vorlage (s. unten Nr. 3). Demnach ist dies eine nachträgliche Beurkundung, nur ist der Umstand höchst auffallend, dass ihr Inhalt fast 100 Jahre früher gegeben.

Die Rückenaufschrift aus dem 15. Jahrhundert lautet: „Wernherus de habspurg, episcopus argentinensis, fundator huius monasterii."

2.

Heinrich V. bestätigt Muri's Freiheiten.

1114. März 4. Basel.

(Vgl. Acta Murensia, Bl. 11 b.—13 b.)

Arau, Kantonsbibliothek; Muri-Handschriften. — Abdruck: Aegid Tschudi, Chronicon I, 50—51 (Auszug, mit dem Kanzler Bruno, der sonst in keinem Abdruck und keiner Copie erscheint). — Acta fundationis Peirescii, p. 21—23. — Guillimanni, Habsb. l. V, 58. 59 (Auszug). — Eccard, prob. Nr. 36, p. 211—214. — Dominic. Tschudi, Orig. (1702), p. 78—79. — Gallia christiana V, 513. — Murus et Antem. II, 9—13. — Kopp, Vindiciæ Actorum Mur., p. 243—247. — Herrgott, Geneal. II, 131—133. — Regest: Lichnowsky, Nr. 3. — Bœhmer, Nr. 2033. — Stälin, Würt. Gesch. II, 320. — Stumpf, Reichskanzler, Nr. 3102. — Schweiz. Urk.-Reg., Nr. 1578.

Das Original konnte noch nicht aufgefunden werden und wird wohl für immer verloren sein. Am 21. März 1558 scheint es jedoch in den Händen des Ulrich Oechslin, apostolischen Protonotars und geschwornen Landschreibers zu Schwiz, gewesen zu sein; denn in der Einleitung zu seiner officiellen Uebersetzung dieser Urkunde ins Deutsche sagt er: dass Georg Stöub von Schwiz im Auftrage des Abtes Johann Christoph von Muri einen Brief („quandam litteram") Kaiser Heinrich's IV. (V.) ihm eingehändigt habe, „presentavit et tradidit omnino integram, perfectam, eiusdem illustrissimi imperatoris signo signatam et roboratam." Dem Schlusse der Uebersetzung fügt er Folgendes bei: „Ego Udalricus Bovillus Heremitanus ... a secretis Svitensium major juratus dicte littere ostensioni, perlectioni ac fideli

exemplationi et omnibus aliis atque singulis una cum prefatis testibus presens interfui." — Seitdem soll das Original nach St. Blasien gekommen sein (Andeutungen im Archiv Muri-Gries); es konnte aber bislang nicht erfragt werden. Die deutsche Uebersetzung ist auf Pergament in zwei Exemplaren im Staatsarchiv Arau, Abtheil. Kloster Muri, vorhanden, und wurde zweimal abgedruckt (Murus et Antem. II, 14—18; Kurz und Weissenb., Beiträge, S. 5—10, Regest: S. 128). — Die Echtheit sowohl des Originals als auch der Uebersetzung ist aufrecht zu erhalten, weil die Gründe dagegen von keinem Belange sind. Form, Inhalt, Zeugen und Handzeichen (M) lassen dagegen keinen Zweifel aufkommen. Während das vorhandene Original in Einsideln (6. März 1114) ein Charismon hat, entbehrt desselben sowohl die Copie der Muri-Urkunde vom gleichen Jahre, als auch die gleichzeitige Copie der Urkunde von König Heinrich V. für Engelberg, welche Philipp, der Vicecanzler des Erzbischofs von Mainz, erst nach dem Tode König Heinrich's V. († am 23./24. Mai 1124) den 28. December 1125 recognoscirte[1] (Herrgott, Gen. Dipl. II, 143—145). Die Monogramme sind aber sowohl im Original als auch in beiden Copien übereinstimmend. Die vom Muri-Anonymus erwähnten „tres virgulæ" und das noch besonders angezeigte „signum publicum" des Kaisers suchen wir umsonst in der Urkunde von Einsideln und in der Copie von Engelberg. Dies kann uns jedoch nicht bestimmen, die Urkunde von Muri für unecht zu erklären, zumal die in derselben vorkommenden Zeugen auch in der von Einsideln und in andern Urkunden damaliger Zeit[2] sich wieder finden. Auch P. Herrgott[3], der einen guten Abdruck gibt, erhob gegen deren Echtheit keinen Zweifel. Schliesslich bemerken wir noch, dass in Eccard's Abdruck für „de Hasenburg" — „de Habsburg" zu lesen ist.

3.

Innocenz II. bestätigt alle rechtmässigen Besitzungen Muri's.

1139. April 13. Lateran.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Rozelino, abbati Murensis monasterii, quod in episco-

[1] Hier haben wir ein Beispiel, dass die Datirung der Urkunde die Recognition bestimmte ohne Rücksicht auf die Zeit der Handlung. (Jul. Ficker, Beiträge zur Urkundenlehre I, 128 ff.)

[2] Vgl. Einsidler Regesten.

[3] Herrgott, Geneal. II, 131—133.

patu Constantiensi in pago Argovi situm in honore beati || Martini esse cognoscitur, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Pię postulatio voluntatis debet effectu prosequente conpleri, ut devotionis sinceritas || laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter, dilecte in Domino fili Rozeline[1] abbas, tuis rationbilibus[a] postulationibus gratum prebentes assen || sum, Murense monasterium, cui auctore divino presides, apostolicę sedis privilegio communimus; statuentes, ut quascunque possessiones, quęcunque bona idem cenobium in presentiarum juste et legitime possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis auxiliante Domino poterit adipisci, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Confirmamus etiam vobis quęcunque eidem loco a fratre nostro *Werinhario Argentinensi episcopo et* eius nepote *Wernhero*[2] *comite*[b] *de Habekspug*[c] eorumque consanguineis collata sunt, qui nimirum idem cenobium de suis rebus fundasse noscuntur atque[d] omnino vinculo apostolice dignitatis illud, si quis temerario ausu hoc, quod ipsi cum magna devocione fecerunt, infringere vellet, firmaverunt[e]. Liceat insuper vobis ad utilitatem et servitium vestri loci *advocatum constituere, et nullus ibi aliquo tempore statuatur, nisi quem vos communi fratrum vestrorum consilio eligere decreveritis.* Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus inibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi *quem fratres communi consensu vel pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam previderint eligendum*[e]. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum cenobium temere perturbare aut eius predia seu possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum archiepiscopus, episcopus, imperator, rex, dux, marchio seu quelibet ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam[f] sciens, contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Christi,

quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant et apud districtum judicem premia ęternę pacis inveniant. Amen.

(C)[g]

Ego Innocentius catholicę ecclesię episcopus ss.[h] (M). Paulus doctor Petrus.

† Ego Lucas presbyter card. tit. sanctorum Johannis et Pauli ss.

† Ego Crisogonus prb. card. tit. sanctę PRAXEDIS ss.

Datum Laterani, per manum ALMERICI, sanctę Romanę ecclesię diaconi cardinalis et cancellerarii, idibus aprilis, indictione II., incarnationis dominicę anno M. CXXX°. VIIII°., pontificatus vero domni Innocentii pape II. anno X°.

a. Für „rationabilibus". b. Das durch den Druck Hervergehobene ist mit schwärzerer Dinte fast gleichzeitig nachgetragen. Die Silbe „com" in „comite" ist aufgefrischt. Zwischen „n" und „h" in Wernhero ist eine Lücke, als hätte Werinharie geschrieben werden sollen. c. Für „Habesburg". d. Die Werte von „atque" bis „Liceat" stehen auf einer Rasur; von „firmaverunt" ist nur die Silbe „firm" deutlich, das Uebrige ist unklar. e. Ist den Urkunden von 1027 und 1114 entnommen. f. Der Schluss entspricht eben der Urkunde Nr. 70 vom Kloster Allerheiligen. g. Der Circulus trägt nach P. Bened. Studer die Umschrift: „Deus salutaris noster adjuva nos" (Murus et Antem. III, 5). Jetzt ist nur mehr „noster" erkenntlich. h. Subscriptionszeichen.

Muri-Archiv in Arau. — Abdruck: Herrgott, Geneal. dipl. II., 161—162. — Murus et Antem. III., 4—6. — Geistliche Befreiung, 4. — Kopp, Vindiciæ Act., p. 251—253. — Regesten: Lichnowsky I., Nr. 8. — Jaffé, Nr. 5698. — Schweiz. Urk.-Reg., Nr. 1725. — Kurz, Beiträge I., 128.

[1] Fünfter Abt von Muri von 1119—1145.

[2] Sohn Radeboto's und Enkel Bischof Wernher's.

Das Original ist gut erhalten; das Bleisigel hängt an gelbrothseidener Schnur. Die äussere Veranlassung dazu gab das 1139 sehr zahlreich besuchte Concil im Lateran.

Auf der Rückseite steht aus dem XVI. Jahrhunder „Wie man einen Schirm-Herrn, ouch wie man einen Abbt wellen soll."

4.

Hadrian IV. schirmt Muri in seinen Rechten und Besitzungen.

1159. März 28. Lateran.

Hadrianus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Cononi[1] abbati monasterii sancti Martini et Mura eiusque fratribus tam presentibus, tam (!) futuris regularem vitam professis in perpetuum. || Officii nostri nos ammonet et invitat auctoritas pro ecclesiarum statu satagere et eorum quieti ac tranquillitati salubriter auxiliante Domino providere. || Dignum namque et honestati conveniens esse dinoscitur, ut qui ad earum regimen Domino disponente assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur et beati Petri atque sedis apostolice patrocinio muniamus. Ea propter, dilecti in Domino, vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio[a] communimus; statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium impresentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam de Hermouttwilare[2], ecclesiam de Bousch[3], ecclesiam de Stannes[4], ecclesiam de Rische[5], ecclesiam de Pozwilo[6], ecclesiam de Egenwilare[7], ecclesiam de Rordorf[8], ecclesiam de Urtechun[9], ecclesiam de Telewilare[10] et ecclesiam de Cohelinchon[11]. Cum autem commune interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, non pulsatis tintinnabulis, exclusis excommunicatis et interdictis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictum monaste-

rium temere perturbare aut eius[b] possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur et eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica justitia sanctimus(!). Si quis vero hoc privilegium aliqua apostolica sede emancipatum presumtione invaserit, vinculo anathematis subjaceat. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestate[c] honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Cristi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Cristi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

(C) Ego Adrianus catholicę ecclesię episcopus ss. (M).
† Ego Gregorius[10] Sabinensis episcopus ss.
† Ego Hubaldus[11] Hostiensis episcopus ss.
† Ego Bernardus[12] Portuensis episcopus ss.
† Ego Galterius[13] Albanensis episcopus ss.

Datum Laterani, per manum Rolandi[14], sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, V. kalendas aprilis, indictione VII., incarnationis dominice anno M°. C°. L°. VIIII., pontificatus vero domini ADRIANI pape IIII. anno quinto.

a. Nachfolgendes ist grossentheils der Urkunde von Papst Innocenz II. (Nr. 3) entnommen. b. „predia seu“ hat der Canzler weggelassen. c. Nr. 3 hat „potestatis“.

Muri-Archiv in Arau. — Abdruck: Murus et Antem. III., 7—10. — Gerbert, Histor. silvæ nigræ III., 91, 92. — Geistliche Befreiung, S. 7. — Regest: Kurz, Beitr. I., 129. — Jaffé, Reg. pontif., Nr. 7115. Schweiz. Urkundenregister II, S. 151 n. 2069.

[1] Abt in Muri, 1150—ca. 1166. [2] Hermetswil, Pfarrei und ehemaliges Frauenkloster, Bez. Bremgarten, Kt. Argau. [3] Buchs, Kt. Nidwalden. [4] Stans, Flecken und Hauptort vom Kt. Nidwalden. [5] Risch, Pfarrdorf im Kt. Zug. [6] Boswil, Pfrd. bei Muri, Kt. Argau. [7] Eggenwil, Pfrd., Bez. Bremgarten, Kt. Argau. [8] Rohrdorf, Pfrd., Bez. Baden, Kt. Argau. [9] Uerkheim, Pfr., Bez. Zofingen; die Collatur der Kirche

gehörte nach Schönenwerd, und Muri hatte an der Kirche einen Antheil. [10] Thalwil, am Züricher See, Kt. Zürich. [11] Pfarrei Göslikon, Bez. Bremgarten, Kt. Argau. [12] Der Kanzler Roland wurde am 7. September 1159 Papst (Alexander III.), Hubald, Bischof von Ostia, weihte ihn am 20. September, und die Bischöfe Gregor von Sabinnm, Bernard von Porto, Walter von Albano u. A. assistirten.

Das Bleisigel hängt an rothgelbseidener Schnur. Das Original ist wegen brüchigen Pergamentes schadhaft geworden, doch ohne Störung des Textes. Die zierliche Schrift des bekannten Roland ist mit blasser Dinte geschrieben. Eine Hand des 16. Jahrhunderts bemerkte auf der Rückseite: „Bulla Adriani de privilegiis huius loci".

5.

Alexander III. verleiht Muri Schutz und Privilegien.

1179[1]. März 18. Lateran.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ANSELMO[2], abbati monasterii sancti Martini Murensis, eiusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. || His, qui postpositis secularibus desideriis voverunt in religionis habitu debitam Domino servitutem dependere, propensius apostolicum debet adesse suffragium, ne cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito re || vocet, aut robur, quod absit, sacre legionis (!)[a] infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dominum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis (modis)[b] prestante[c] Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam Boches[d3], ecclesiam Stagnes, ecclesiam Riske[e], ecclesiam Chussenacho[4], ecclesiam

Agetiswilare[5], ecclesiam Tellewila, ecclesiam Rordorf, ecclesiam Tershowo[6], ecclesiam Eginwilare, ecclesiam Cozlincholn, ecclesiam Urtechun, ecclesiam Stallinchon[7], quintam partem decimarum in ecclesia Rordor(f)[f], quartam partem decimarum in ecclesia Stallinchon, duodecimam[g] partem decimarum in ecclesia Reinfirswilare[d 8], vicesimam partem decimarum in ecclesia Surse[9], predium Gershouvo[10] cum pertinentiis suis, predium Sprettembhach[11], pro quo redduntur nobis septem pelles hircine, predium Buochs[d] cum pertinentiis suis, predium Chussenlicho[g] cum pertinentiis suis, predium Gangolfswilare[12], predium Tereshpac[12], in Walterata[12] novem mansos, predium Halinchon[13] cum pertinentiis suis, predium Wicwilare[14] cum pertinentiis suis, predium Schonuntullun[15], predium Geppenouve[16] cum pertinentiis suis, predium Chalpac[17], predium Wilperc[18], predium Cholunbare[19], predium Cholunbronwo[20], predium Chuitingen[21], predium Tiutinchon[22], predium Haclingin[23], predium Totinchon[24], predium Talheim[h 25], predium Rifferswilare[d 8], predium Rotwilare[26] cum pertinentiis suis, predium Pellinchon[27] cum pertinentiis suis, predium Urdorf[28], predium Prettembach(!!)[i 29], predium Tellewilare cum pertinentiis suis, predium Winzile[30], parrochialem ecclesiam Mure cum tribus cappellis Hermontswilare, Bozwillo, Wolon[31], sicut predicte ecclesia et capelle victui et vestitui vestro sunt rationabiliter deputate et vos eas in presentiarum habere noscimini. Insuper etiam auctoritate vobis presentium indulgemus, ut si advocatus vester advocationis jura transgressus in vos et in monasterium vestrum aut in ea, que ad ipsum monasterium pertinent, exactiones indebitas exercuerit[k] et alias se gravem vobis exhibuerit et inutilem, nisi commonitus resipuerit, liceat vobis alium advocatum eligere, per quem jura ipsius monasterii conserventur melius illibata et a malefactorum rapinis et violentiis defenda(n)tur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis interdictis et excommunicatis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet suc-

cessorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra et illibata serventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica justitia. Ad indicium autem huius a sede apostolica percepte protectionis aureum unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Cristi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Cristi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(C) Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss. (M).
† Ego Hubaldus Hostiensis episcopus ss.
† Ego Johannes pbr. cardin. sanctorum Johannis et Pauli tit. Pamachii ss.
† Ego Johannes pbr. cardin. tit. sancte Anastasie ss.
† Ego Johannes pbr. cardin. tit. sancti Marci ss.
† Ego Arduinus pbr. cardin. tit. sancte crucis Jerusalemitane ss.
† Ego Jac(obus) diaconus cardin. sancte Marie in Cosmidyn ss.
† Ego Ardicio diac. cardin. sancti Theodori ss.
† Ego Laborans diac. cardin. sancte Marie in porticu ss.
† Ego Gratianus diac. cardin. sanctorum Cosme et Damiani ss.
† Ego Matheus sancte Marie nove diac. cardin. ss.

Datum Laterani, per manum Albercti, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, XV. kalendas aprilis, indictione

XII., incarnationis dominice anno M.CLXX.VIII., pontificatus vero domini ALEXANDRI pape III. anno eius XX.

a. Die Urkunde von 1188 (1189) hat „religionis, s. Nr. 6; vgl. auch Nr. 4. b. „modis" ist dem Schreiber der Urkunde in der Feder geblieben. c. Undeutlich geschrieben. d. Der Schreiber konnte vermuthlich die Vorlage nicht lesen und schwankte beim Niederschreiben dieser Ortsnamen. e. „Riske", entgegen von Mehreren, welche „Rislee" lasen. f. Für „Rordorf". g. Die Urkunde ist hier durchlöchert und der Text etwas beschädigt. h. Die Silbe „heim" ist fast verblichen. i. Wieder undeutlich geschrieben, wohl Spreitembach? k. Die letzte Silbe von „exercuerit" ist fast verblichen.

Muri-Archiv in Arau. — Abdruck: Murus et Antem. III, 11—15. — Herrgott, Geneal. Dipl. II, 192—194. — Geistliche Befreiung, S. 11. — Gerbert, Hist. silv. nigr. III, 91. — Regest: Jaffé, Reg. pont., Nr. 8677. — Kurz und Weissenb., Beitr. I, 129—130. — Schweiz. Urk.-Reg., Nr. 2394.

